

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

FL. JOSEPHI

D E B E L L O
I V D A I C O L I
B R I S E P T E M.

Ad Bibliothec. Fr. Francif. Amberg.

EIVS DEM

Contra Apionem libri duo.

De imperio rationis: sive, de Machabaeis
liber unus.



A P V D S E B . G R Y P H I V M
L V G D V N I,
1546.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

noscuntur? In multis autem etiam Thucydides tanquam fallax accusatur, licet scrupulosissimam sui temporis historiam conscripsisse videatur. Causae uero huius dissonantie multe forsan et aliae querere uolentibus apparebunt. Ego uero duabus quas dicturus sum, maximam huius uim diuersitatis ascribo. Et quidem primum dico eam quae mihi proprietor esse uidetur: id est, eo quod ab initio non fuerit studium apud Graecos, publicas de his que semper aguntur, profecte conscriptiones. Hoc etenim praecipue et errorem et potestatem mentiendi posteris, uetus aliquid uolentibus scriptitare, concessit. Non enim solummodo apud alios Graecos publica conscriptio est neglecta: sed neque apud ipsos Athenienses, quos terrigenas esse dicunt, disciplinaeque cultores, aliquid huiusmodi reperitur. Sed publicarum literarum antiquissimae esse dicunt leges, quae a Dracone eis de supplicijs sunt conscriptae, modicum ante tempus tyrannidis Pisistrati. De Arcadibus autem in antiquitate gloriabantibus, quid oportet dici? nix enim isti et postea literis cruditi sunt. Cum ergo conscriptio nulla preponeretur, quae et discere uolentes doceret, et mentientes argueret, multi inter conscriptores discordia nata est: quoniam qui ad scribendum se preparabant, non studium ueritatis exhibuerunt, licet haec promissio semper habeatur in promptu: sed uerborum magis habuere prolationem maximam. Et quemadmodum laudari se in hoc super alios estimarent, ad hoc potius semetipsos aptabant. Aliqui uero ad fabulas sunt conuersi: aliqui autem ad gratiam, aut ciuitates laudantes aut reges: alij semetipsos ad accusandas causas aut conscriptores tradidere: in hoc se fore probabiles existimantes, et omnino hoc agentes, quod historie nimis aduersum est. Vere siquidem historie indicium est, si de eisdem rebus omnes eadem dicant atque conscribant. hi uero cum quedam aliter conscriberent quam alij, tunc se

nibus, parato animo se mactandos præbebant infeliciſſimū illud exhibentibus ministerium. Iſti autem intrepide cum occiſis, eandem ſortis legem in ſua quoq; morte ſtatuerunt, ut cui obtrigiffet, nouem peremptis ſemet ſuper eos occideret. ita omnes ſibi confidebant, quod neq; in audendo, neq; in fuiſſando facinore, præſtaret alijs alijs. Et ad extreum ceteri qui-dem ſe neci ſuppoſuere: unus uero atq; nouiſſimus, circumpe-cta multitudine mortuorum, ne quis forte in multa cedeſuper-eſſet qui ſue manus egret: ubi cognouit omnes peremptos, ignem quidem immittit regie: uehementi uero manu toto per ſe tranſacto gladio, iuxta ſuos affectus occubuit. Et illi quidem perierant, nullam credentes animam ex numero ſuo Roma-nis ſubdiuam reliquifeſſe. Latuit autem una mulier ſenior, ex alia quedam Eleazarī cognata, plurimum doctrina ſapien-tiaq; mulieribus preftans, ex quinq; pueri per cuniculos qui aquam ſub terra potui ducebant abditi, cum alijs cedibus oc-cupatas mentes haberent, qui erant nongenti numero ex ſe-xaginta, cum mulieribus ſimul ac pueris. Hac autem calam-i-tas acta eſt Aprilis menſis quintodecimo die. Romani autem adhuc pugnam expectantes manū aggeribus ſcalarum pon-tibus iunctis muros aggrediebantur. Cum uero hostium nem-enem uidarent, ſed undiq; uerſum acerbam ſolitudinem, ignemq; intus ac silentium, quid factum eſſet, coniūcere non poterant: ex ad extreum uelut impellentes iictum arietis, ululatum, ſi quem forte prouocarent, dederunt. Clamorem autem ſenſe-re mulieres, ex ex cloacis emerſe, factum Romanis ut erat in-diſcarunt, altera earum quemadmodum dicta uel geſta ſuſ-fent omnia narrante manifeſte. Non tamen Romani facile bis uerbis adducebantur, auſi magnitudinem uerisimilem non credentes. Ignem uero extinguere conabantur, perq; hanc uiam ſectantes ciuē in regiam pertinere: conſpectaq; mul-titud

peius Magnus, et Quintilius Varus, et precipue nostris gesta temporibus, tunc hi qui de sacerdotibus supersunt, ex antiquis literis iterum nouas conficiunt, et probant mulieres, que relinquuntur. Non enim ad captiuas accedunt, alienigenarum consorcia formidantes. Indicium uero integritatis hoc maximum est: quia pontifices apud nos a duobus nullibus annis denominati filij a patre conscripti sunt. His autem qui predicti sunt, si quid preuaricentur, interdicitur ne uel ad altare accedant, uel alia sanctificatione fungantur. Recte siquidem, potius autem necessarie, cum neque conscribendi potestas omnibus data, neque ulla sit in descriptione discordia: sed solummodo prophetis antiquissima quidem et ueterima secundum inspirationem factam a Deo cognoscentibus, alia uero suorum temporum sicuti sunt facta palam consribentibus, infiniti libri non sunt apud nos discordantes et sibimet repugnantes: sed solummodo duo et uiginti libri, habentes temporis totius conscriptionem: quorum iuste fides admittitur. Horum ergo quinque quidem sunt Moseos, qui nativitates continent, et humanae generationis traditionem habent usque ad eius mortem. hoc tempus de tribus nullibus annis paululum minus est. A morte uero Moseos usque ad Artaxerxem Persarum regem, qui fuit post Xerxem, prophetae suorum temporum res gestas conscriperunt in tredecim libris. Reliqui uero quatuor, hymnos in Deum, et uite humanae precepta noscuntur continere. Ab Artaxerxe uero usque ad nostrum tempus singula quidem conscripta, non tamen priori simili fide sunt habita, eò quod non fuerit certa successio prophetarum. Palam namque est ipsis operibus quemadmodum nos proprijs literis credimus. tanto namque seculo iam preterito neque adjicere quicquam aliquis, nec auferre, nec transformare presumpfit. Omnibus enim insertum est mox ex prima generatione Iudeis, hec diuina dogmata, nominare,

sunt, non multò pòst comprehensi reducti sunt: quorum non est, qui duritiam, siue confidentia, siue pertinacia uoluntatis sit dicenda, non obstupecat. Omni enim genere tormentorum ex uexatione corporum in eos excogitata, ob hoc solummodo ut Cæfarem dominum faterentur, nemo cessit, neque dicere uelle, uisus est: sed omnes illa necessitate ualidorem sententiam conseruauere, tanquam brutis corporibus non animis etiam cruciatus, ignemq; susciperent. Maximè uero puerorum etas, miraculo spectantium fuit: nec enim uel eorum quisquam commotus est, ut dominum Cæfarem nominaret: usque adeo corporum infirmitatem uis audacie superabat.

Onias templum clausum apud Alexandriam. CAP. xxx.

LVpus tunc Alexandriam rector administrabat, ex de hoc ad Cæfarem motu uelociter retulit. Ille autem inquietum Iudeorum circa res nouas studium cauendum esse existimans, ac ueritus ne rursus in unum congregarentur, ex quosdam sibi adiungerent, præcepit Lupo, ut templum Iudacorum, quod esset apud Onion (quæ sic appellatur) ciuitatem, destrueret: Hæc autem est in Aegypto: quæ ob hanc causam excoli coepit, ex nomen sumpsit. Onias Simonis filius, unus ex pontificibus, ex Hierosolymis fugatus, Antiocho rege Syria cū Iudeis bellum gerente, Alexandriam uenit: ex à Ptolemeo suscipitur humaniſſime, propterea quod Antioco erat inimicus: ait se gentem Iudeorum eius auxilio sociaturum, si dictis suis obtemperasset. Cum autem rex ea, quæ possent fieri, annuisset, rogauit, ut in aliqua parte Aegyptii templum sibi edificare permetteret, ex more patrio Deum colere. Ita enim ex Antiochum magis odiosum Iudeis, qui templum apud Hierosolymam uastauisset, ipsiq; benevolentiores eos fore, eoq; multos ad eum religiosis diligentia colligendos. Paruit his Ptolemaeus, eiq; locum dedit centum ex octoginta stadijs à Memphis distantem: Helopolitanus

politanus autem ille tractus dicitur: ubi castello fabricato, Onias templum quidem diffimile ei quod est in Hierosolymis, turrim autem similem extruxit, ingentibus saxis sexaginta cubitis erectam. Aræ autem fabricam secundum patriam imitatus est, et donarijs similiter exornauit, preter candelabri confectionem. Candelabrum enim non fecit, sed informatum aureum lychnum tanquam iubaris luce radiantem, de aurea catena suspendit. Totum uero circa templum spatium cocto latere circundedit, saxeas portas habente. Concessit autem rex etiam multum agri modum, ac pecuniae redditus: ut et sacerdotibus esset copia ad multa, que Dei cultus desideraret. Non tamen hec Onias sana voluntate faciebat, sed erat ei contentio cum Iudeis apud Hierosolymam degentibus, propter fugam memorem iracundiam: et hoc templo edificato, arbitrabatur ad id se omnem ab Hierosolymis multitudinem reuocaturum. Fuerat autem olim predictio quædam annis noningentis septuaginta: Esaiasq; predixerat huius templi futuram in Aegypto constructionem à quodam viro Iudeo. Templum quidem ita fuerat edificatum. Lupus autem rector Alexandriae suscep-
tis literis imperatoris cum ad templum aduenisset, nonnullis ablatis donarijs templum claudit. Postmodum Lupo mortuo Paulinus, qui eius potestati succedit, neque donariorum quam reliquit (uehementer enim sacerdotibus comminatus est, nisi omnia protulissent) neque ad templum religionis causa adire uolentes admisit: sed clausis foribus ita inaccessum fecit, ut ne uestigium quidem diuini cultus in eo resideret. Tempus autem fluxerat usque clausum templum, ex quo fuerat conditum, anni trecenti trigintatres.

De interfectione Iudeorum apud Cyrenem. C A P. XXXI.

A Vdacia uero sicariorum, ueluti morbus quidam, etiam ea que circum Cyrenen oppida erant, contigerat. Elapsus

g G 2 enim

enim ad eam Ionathas homo nequissimus , arte textor , ma-
paucis imperitorum ut se attenderent , persuasit : perduxit
eos in solitudines , cum signa ex umbrarum imagines se pol-
liceretur ostendere . ex alios quidem hac agendo , atque fallen-
do latebat , dignitate uero præstantes Cyrenensem Iudeo-
rum apparatum eius ex profecitionem Pentapolitane Libye
rectori Catullo prenuntiant . Ille autem equitibus ac pedibibus
misit , inermes facile comprehendit : ex magna quidem pars
manibus interiit , nonnulli autem uiui capti , ad Catullum per-
ducti sunt . Autor autem consilij Ionathas tunc quidem potuit
effugere : multum uero ac diligenter per omnes quæsusit re-
giones captus est , adductusq; ad Catullum , sibi quidem mo-
ram poenæ moliebatur , Catullo autem iniuritatis prebuit oc-
casionem . Nam ipse quidem locupletissimos Iudeorum falsò
insimulans , autores sibi huius consilii fuisse dicebat . Catullus
autem criminaciones alacri animo suscipiebat , remiq; delatam
multimode cumulabat , tragicis etiam uerbis exaggerans , ut
ex ipse quoddam bellum Iudeorum patrasse uideretur : quodq;
hoc atrocius est , preter credendi facultatem , etiam doctor erat
calumniandi sicarijs . Denique cum iussisset Iudeum quendam
Alexandrum nominare : cui iandudum infensus odium publi-
cauerat , etiam uxore eius Berenice criminacionibus implica-
ta , hos quidem priores occidit , deinde omnes simul pecunia-
rum copijs eximios , tria simul millia trucidavit . Et hec secu-
re facere arbitrabatur , quod eorum patrimonia redditibus Ce-
saris adiungebat . Ne uero uel alibi degentium quisquam In-
deorum eius iniustitiam confutaret , etiam longius mendacium
propagauit : ac Ionathæ nonnullisq; alijs qui comprehensi fue-
rant , persuadet , nouarum rerum accusationem uiris inferre
probatisimis Iudeorum , apud Alexandriam , Romamq; de-
gentium . Horum autem qui per insidias accusati sunt , unus

erat

corum uenire notitia . De Gallis enim & Hispanis sic ignorauere hi, qui putantur diligentissimi cōscriptores, quorum est Ephorus, ut unam ciuitatem esse arbitrarentur Iberos, qui tantam partem Occidentalis terra noscuntur inhabitare. Et mores eorum, qui neque fiunt apud eos, neque dicuntur, refruntur. Causa uero ignorantie ueritatis est, quod procul abessent: ut autem falsa conscriberent, quod uellent uideri aliquid amplius quam alij retulisse. Quomodo ergo mirari decet, si neque nostra gens plurimis erat nota, neque ad scribedum de se aliquam dedit occasionem, et ita disita procul a mari, et talibus institutis uiuens ? Pone igitur nos argumento uti uelle Græcorum, quod non sit genus eorum antiquum , eò quod nibil in nostris uoluminibus de eis sit dictum : non ne omnino deridebunt causas huiusmodi a me prolatas , et testes uicine regionis adducent antiquitatis suæ ? Igitur et ego hoc conabor efficere. Aegyptijs enim et Phœnicibus præcipue testibus utar, cum nullus eorum potuerit tanquam falsum accusare testimonium. Et uidentur maxime erga nos iniqui in communi quidem omnes Aegyptij, Phœnicum uero Tyrij. De Chaldais autem nequam hoc dicere potero, quoniam et generis nostri principes constituti sunt, et propter cognationem in cōscriptionibus suis meminere Iudeorum. Cum uero fidem de his præbuerio, et blasphemias falsas ostendero , tunc etiam Græcorum conscriptores memorabo, qui Iudeorum fecere mentionem : ut neque huiusmodi occasio relinquatur in Iudeis nobis facienda cōtentio- nis. Inchoabo autem primum a literis Aegyptiorum, quæ non arbitrantur commendare quæ nostra sunt. Manethon itaq; genere uir Aegyptius, Græca disciplina eruditus, sicuti palam est (scripsit enim sermone Græco) paterna religionis historiā ex sacris (sicuti ait ipse) interpretatus libris, frequenter arguit Herodotum, in Aegyptiacis ignoratione mentitum. Is Manethon in secundo

in secundo Aegyptiacorum hec de nobis scripsit. Ponamus etiam uerba eius, tanquam illum ipsum adducens testem. Fuit nobis rex, Timans nomine. sub hoc nescio quomodo Deus iratus fuit: et præter spem ex partibus Orientalibus homines generu ignobiles, adeptæ fiducia in prouincia castrametati sunt. Et facile ac sine bello eam potenterque ceperunt: et principes eius alligantes, de cætero ciuitates crudeliter incendere: et Deorum templa euertere. Erga omnes uero prouinciales iniurissime se gesserunt, alios quidem perimentes, aliorum uero et filios et coniuges in seruitutem redigentes: nouissime uero et unum ex se fecere regem, cui nomen Saltis. Hic in Memphis ueniens, superiore inferioreque prouincia tributaria facta, praefidia relinquens opportunis locis, maximè partes munivit Orientales, prospiciens quod Aſyrii aliquantò potentiores, erant desideraturi regnum eius inuadere. Inueniens autem in prefectura Saite ciuitatem opportunissimam, positam ad Orientem Bubastitis fluminis, quæ appellabatur à quadam antiqua theologia Auaris, hanc fabricatus est, et muris maximis communiuuit, collocans ibi multitudinem armatorum, usque ad duccta quadraginta milia uirorum eam custodientium. Hic autem meſſis tempore ueniebat, tam ut frumenta meteret, et mercedes exolucret, quam ut armatos ad terrorem extraneorum diligenter exercitaret. Qui cum regnasset decemnonum annis, uita priuatus est. Post hunc autem regnauit alter quatuor et quadraginta annis, Baon nomine. Post quem aliis Apachnas, sex et triginta annis, et mensibus septem. Deinde Apochis, unum et sexaginta: et Ianias, quinquaginta, et mensa uno. Post omnes autem Aſis nouem et quadraginta, et mensibus duobus. Et isti quidem sex apud eos fuere primi reges, bellantes semper, et maximè Aegypti radicem amputare cupientes. Vocabatur autem gens eorum Hycos, hoc est, reges pastores.

pastores. Hyc enim secundum sacram linguam, regem significat: Sos uero pastorem sive pastores, secundum communem dilectum: ex ita compositum inuenitur Hycsos: quidam uero dicunt eos Arabas esse. In alijs autem exemplaribus non reges significari comperti per appellationem Hyc, sed e diverso captiuos declarari pastores. Hyc enim Aegyptiaca lingua, ex hac quando denso sono profertur, captiuos aperte significat: et hoc potius uerisimile mihi uidetur, et historie antique conueniens. Hos ergo quos praediximus reges, et eos qui pastores uocabantur, et qui ex eis fuere, obtinuisse Aegyptum ait annis undecim et quingentis. Post huc autem regum Thebaidis et Aegypti reliqua facta dicit super pastores invasionem, et bellum maximum et diuturnum eis illatum. Sub rege uero cui nomen erat Alisfragnuthosis, uictos dicit pastores: et aliam quidem uniuersam Aegyptum perdidisse: inclusos autem in locum habentem mensuram iugerum decem milium, cui loco nomen est Auaris: Hunc Manethon dicit omnem maximo muro atque robustissimo circundeditisse pastores, quatenus et omnem possessionem munitam haberent, simul et praedam suam. Filium uero Alisfragnuthoseos Themosin conatum eos ut expugnare, cum quadringentis octoginta milibus armatorum eorum muros obsediisse. Cum uero obdium desperasset, pacta cum eis fecisse, ut Aegyptum relinquentes, quo uellent innoxij omnes abirent. Illos uero his prouisionibus impetratis, cum omni domo et possessionibus non minus ducenta quadraginta milia numero, ex Aegypto per desertum in Syriam iter egisse: et metuentes Assyriorum potentiam (tunc enim illi Asiam obtinebant:) in terra que nunc Iudea uocatur, ciuitatem edificasse, quae tot milibus hominum sufficere posset, eamq; Hierosolymam uocitasse. In alio uero quodam libro Aegyptiacorum Manethon hanc ipsam gen-

et hunc etiam post bella Troiana fuisse manifestum est. Et aiunt neque hunc literis suum poëma reliquisse: sed cantu memoria reservatum, postea fuisse compositum, et propter multam in eo comperiri dissonantiam. Qui autem historia apud eos conscribere tentauere, id est, Cadmus Milesius, et Acusilaus Argius, et post hunc quicunque alij fuisse refruntur, paululum tempus Persarum contra Græcos expeditionem præcessere. Sed et eos qui de cœlestibus ac diuinis primis apud Græcos sunt philosophati, id est, Pherecydem Syrum, et Pythagoram, et Thaletem, omnes concorditer confitentur, Aegyptiorum, et Chaldeorum fuisse discipulos: et breuiter conscripsisse, quæ à Græcis omnium antiquissima iudicatur, ita ut uix ea credant ab illis fuisse conscripta. Quomodo ergo non est irrationalis, ut tali fastu turgent Græci, tanquam soli sciant vetera, et ueritatem eorum exactè tradant? aut quis non ab ipsis conscriptoribus facilimè discat, quod neque firmiter scientes aliquid conscripsere, sed quod unusquisque opinatus est, hoc studuit explanare? Vnde etiam libris se inuicem arguunt, et ualde contraria de rebus eisdem non piget eos dicere. Sed ego uidebor me potioribus esse superfluous, si explanare uoluero, quantis quidem locis Hellanicus ab Acusilao de genealogijs discrepat, et in quantis Hesiodum corrigit Acusilaus, aut quomodo Ephorus quidem Hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem, Ephorum uero Timæus, Timæum qui post illum fuere, Herodotum uero cuncti: sed neque de Siculis cum Antiocho, et Philisto aut Callia Timæus concordare dignatus est: neque rursus de Atticis hi, qui Atthidas conscripserunt: aut de Argolicis, qui de Argis historiam protulere, alterutros consecuti sunt. Et quid oportet dicere de ciuitatibus, breuibusq; rebus, quando de militia Persica, et his que in ea sunt gesta, tantum uiri probatissimi discordasse noscuntur

prum & Phoenicen, & rursus contra Assyrios atque Medos castrametatus, uniuersos quidem, alios ferro, alios sine bello terrore magna uirtutis fibimet subiugauit: his uero felicitatis eleuatus confidentius incedebat, Orientales urbes ac provincias subuertendo: multoq; tempore procedente Armais, qui in Aegypto fuerat derelictus, omnia contrà quam frater agere monuerat, sine timore faciebat. Nam & reginam uolenter abiecit, & alijs concubinis sine parcitate iugiter miscebatur: persuasusq; ab amicis & diadematate utebatur, & fratri rebellabat. Is uero qui constitutus erat super sacra Aegyptia, codicillos Sethosii misit, cuncta significans, & quia rebellaret ei suus frater Armais. Qui repete ad Pelusium destinauit, & proprium tenuit regnum. Provincia uero uocata est ex eius nomine Aegyptus. Dicit enim quod Sethosii Aegyptus uocabatur, Armais autem frater eius Danaus. Hac quidem Manethon. Palam uero est, ex predictis annis tempore computato, quod qui uocabantur pastores, id est, nostri progenitores, ex Aegypto liberati, ante tres & nonaginta atque trecentos annos hanc provinciam inhabitauere, quam Danaus ad Argos accederet: licet hunc antiquissimum Argiui esse confidant. Diuus igitur res Manethon maximas pro nobis Aegyptiis literis protestatus est: primam quidem, quia aliunde uenerunt ad Aegyptum: dein egressum eorum exinde, ita temporibus antiquissimum, ut pene mille annis bellum precedeat Iliacum. Ea uero que Manethon non ex Aegyptiis literis, sed (sicut ipse confessus est) ex fabulis quorundam sine nomine, adiecit, postea particulariter redarguam, ostendens ea sine uerisimilitudine esse mendacia. Sed uolo ab istis rursus migrare ad ea, que apud Phoenicas de nostro genere conscripta sunt, & eorum testimonio declarata. Sunt itaque apud Tyrios multorum annorum publice litere, & conscriptiones diligentissime eu-

putabant omnium ueraciores ostendi. Quapropter causa quidem uerborum et calliditatis eorum, cedere nos Græcis oportet: non autem de antiqua historia ueritate, et maximè de rebus propriæ uniuscuiusque prouincie. Quoniam igitur apud Aegyptios, et Babylonios, ex longissimis olim temporibus circa conscriptiones diligentia fuit, quando sacerdotibus erat iniunctum, et circa eas ipsi philosophabantur: Chaldei uero apud Babylonios: et quia præcipue Græcis immixti, usi sunt Phœnices literis, circa dispensationes uitæ, et publicorum operum traditionem, dum consentiant omnes, tacendum hoc puto. De nostris uero progenitoribus, qui eandem quam predicti habuerunt in conscriptionibus sollicitudinem (defino dicere, etiam potiorem) pontificibus et prophetis hoc imperantes: et quia usque ad nostra tempora cum multa integritate seruatum est, et si oportet audentius dicere, etiam seruabitur, conabor breuiter edocere. Non enim solummodo ab initio probatissimos uiros, et in Dei placatione preparatos, ad hæc exercenda constituerunt: sed quatenus etiam genus sacerdotum sine permixtione purumq; considereret, prouiderunt. Oportet enim eum qui sacerdotium habiturus est, ex eiusdem gentis nasci muliere: et neque ad pecunias, neque ad honores inspicere, et genus per antiquam lineam et multis testibus approbare. Quod scilicet agimus non solum in ipsa Iudea: sed ubicunque nostri generis constitutio reperitur, etiam ibi integritas ista seruatur circa nuptias sacerdotum: hoc est, in Aegypto et Babylonie, et quocunque terrarum orbe quilibet de sacerdotum genere sunt dispersi. Mittunt enim in Hierosolymam consribentes à patre nomen nuptæ, et antiquorum progenitorum, quicunque huius rei testimonia prebuere. Si autem bella proueniant, sicut iam crebro factum est, dum Antiochus Epiphanes ad nostram uenisset regionem, et Pompeius

peius Magnus, et Quintilius Varus, et præcipue nostris gesta temporibus, tunc hi qui de sacerdotibus supersunt, ex antiquis literis iterum nouas conficiunt, et probant mulieres, que relinquuntur. Non enim ad captiuas accedunt, alienigenarum consortia formidantes. Indicium uero integratatis hoc maximum est: quia pontifices apud nos à duobus millibus annis denominati filij à patre conscripti sunt. His autem qui prædicti sunt, si quid preuaricentur, interdicitur ne uel ad altare accedant, uel alia sanctificatione fungantur. Reete siquidem, potius autem necessarie, cum neq; conscribendi potestas omnibus data, neq; ulla sit in descriptione discordia: sed solummodo prophetis antiquissima quidem et ueterima secundum inspirationem factam à Deo cognoscentibus, alia uero suorum temporum sicuti sunt facta palam consribentibus, infiniti libri non sunt apud nos discordantes et sibimet repugnantes: sed solummodo duo et uiginti libri, habentes temporis totius conscriptionem: quorum iuste fides admittitur. Horum ergo quinq; quidem sunt Moiseos, qui nativitates continent, et humanae generationis traditionem habent usq; ad eius mortem. hoc tempus de tribus millibus annis paululum minus est. A' morte uero Moiseos usque ad Artaxerxem Persarum regem, qui fuit post Xerxem, prophetæ suorum temporū res gestas conscriperunt in tredecim libris. Reliqui uero quatuor, hymnos in Deum, et uite humanae precepta noscuntur continere. Ab Artaxerxe uero usq; ad nostrum tempus singula quidem conscripta, non tamen priori simili fide sunt habita, eò quod non fuerit certa successio prophetarum. Palam namq; est ipsis operibus quemadmodum nos proprijs literis credimus. tanto namq; seculo iam præterito neque adjicere quicquam aliquis, nec auferre, nec transformare præsumpsit. Omnibus enim insertum est mox ex prima generatione Iudeis, hæc diuina dogmata, nominare,

nominare, et in his utique permanere: et propterea, si oper-
teat, mori libenter. Iam itaque multi captiuorum frequenter
tormentis affecti sunt, et mortes uarias in theatris sustinere,
ne ullum uerbum contra leges admitterent, aut conscriptio-
nes auitas uiolarent. Quis Grecorum aliquid tale perpersum
est? quando neque fortuitam sustinere lesionem uolunt: licet
omnia apud eos scripta destruantur. Verba enim haec esse pa-
tant secundum conscribetum uoluntates exposita. Et hoc iuste
etiam de antiquis sapiunt, quoniam aliquos nunc quoque ui-
dant presumentes de his rebus conscribere, quibus neque ipsi
interfuere, neque credere scientibus acquiescunt. Denique de
bello quod apud nos contigit nuper, quidam historias con-
scribentes ediderunt: cum neque ad ea loca uenerint, neque in
proximo rerum gestarum fuerint, sed ex auditu quedam pau-
ca componentes, impudenter semetipso uidentur historia no-
mine iactitare. Ego uero et de omni bello, et que ibi parti-
culariter gesta sunt, ueram descriptionem feci: cum ipse rebus
omnibus interfuerim. Dux etenim apud nos Galilaeorum eram,
donec fuit defendendi facultas. Contigit autem capteret a Ro-
manis: et habentes me Vespasianus et Titus in custodia, uni-
uersa semper inspicere faciebat: primo quidem uinctum, post-
ea uero solutus cum Tito ab Alexandria propter obsecionem
Hierosolymorum directus sum. Eo tempore nihil est gestum,
quod meam potuisset latere notitiam. Nam uidens Romano-
rum exercitum, uniuersa cum diligentia describebam. Et es
que nuntiabantur ab his qui semetipso tradebant, ego solus
integrius intelligens disponebam. Deinde Romæ tempus ua-
cationis habens, omni iam negotio preparato usus aliquibus
cooperantibus mihi propter eloquentiam Greca rerum eru-
ditionem exhibui. Tantaq; mihi securitas affuit ueritatis, ut
primos omnium imperatores belli Vespasianum et Titum
testes

testes non expauescerem. Primum namque illis obtuli libros: et post illos multis quidem Romanorum qui bellis interfuerere, plurimis uero nostrorum etiam eos uenum dedi, qui Graeca eruditione uidebantur imbuti, quorum est Iulius Archelaus, Herodes honestissimus, et ipse admirabilis rex Agrippa. Isti siquidem uniuersi testimonium perhibuere, quod ueritatem diligenter excolui: non disimulaturi si quid gestorum per ignorantiam aut per gratiam commutasse, aut pretermissem. Quidam uero praui homines derogare mea historiae sunt co[n]nati, tanquam in scholis adolescentium themata exercentes, et accusationis insperatae atque detractionis facientes opus: cum oporteat illud sciri, quod conuenit promittentem alijs rerum ueracium traditionem, ipsum prius haec nosse certissime, aut rebus gestis adhaerendo, aut ab scientibus consulendo. Quod ego praecepue circa utrumque me credo fecisse opus. Antiquitas nanque libros (sicuti dixi) ex uoluminibus sacris interpretatus sum, cum essem genere sacerdos, et participarem illarum sapientiam literarum. Historiam uero belli conscripsi, multarum quidem actionum ipse operator, plurimarum uero inspecto[r] existens: et omnino eorum que dicta uel gesta sunt, nihil ignorans. Quomodo ergo non proaces quilibet existimat eos, qui aduersum me nituntur de ueritate contendere? Qui licet imperatorum commenta legisse dicuntur, non tamen nostrorum repugnantium rebus interfuerere. De his rebus itaque necessariam feci digressionem, significare uolens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt. Et sufficienter, sicuti reor, declaraui, quod conscriptio rerum apud Barbaros potius solennior, quam apud Graecos est. Volo autem paululum prius disputare aduersus eos, qui contendunt nouellam esse nostram conuersationem, eò quod nihil de nobis, ut aiunt illi, dictum sit a conscriptoribus Graecis: Deinde testimonia antiquitatis

tatis ex aliorum literis exhibebo: ex eos qui nostrum blasphemant genus, nulla ratione blasphemare monstrabo. Nos igitur neque regionem maritimam habitamus, neque mercimonij gaudemus, neque per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur. Sed nostræ ciuitates procul à mari sitæ sunt: regionemq; uberrimam possidentes, in ea assidue laboramus, præcipue circa filiorum nutrimenta studentes, legumq; custodiam: ex traditionem pietatis, totius opus uite necessarium iudicamus. Cum accedat igitur his quæ prædicta sunt, etiam uiuendi ratio propria, nihil fuit antiquis temporibus quod ficeret nobis commercium Græcorum: sicut Aegyptijs mercimonia, quæ ab eis exportantur, ex adeos rursus importantur: itemq; habitatoribus Phœnicie maritima, studentibus circa contractus, atque negotia amore pecunie requisita. Sed neque circa latrocinia sicut quidam alijs uacauere, amplius habere concupiscentes patres nostri ad bella cōuersi sunt, licet regio nostra multa milia uirorum fortium posideret. Phœnices ergo propter negotiationem ad Græcorum prouinciam nauigantes, repente sunt agniti, ex per illos Aegyptijs, ex omnibus à quibus ad Græcos onera deuehebant, immensa maria proscindentes. Medi uero postea atque Persæ palam in Asia regnauerunt, ex usque ad alteram continentem Persæ militauerunt. Thraces autem propter uicinitatem, ex Scythæ ab his qui Pontum nauigant, cogniti sunt: ex omnino uniuersi iuxta mare uel Orientale uel Hesperium habitantes, aliquid conscriberc uolentibus cogniti facti sunt. Qui uero superius habitabant, ex procul à mari, multis sunt temporibus ignorati. Et hoc apparet etiam circa Europam contigisse: quando de Romanorum ciuitate tam longo tempore adepta potestatem, tantiq; bella conficiente, neque Herodotus, neq; Thucydides, nec ullus qui fuit cum ipsis, fecit aliquam mentionem: sed serò tandem ex uix ad Græcos potuit eorum

eorum uenire notitia . De Gallis enim et Hispanis sic igno-
ravere hi, qui putantur diligentissimi cōscriptores, quorum est
Ephorus, ut unam ciuitatem esse arbitrarentur Iberos, qui tan-
tam partem Occidentalis terre noscuntur inhabitare. Et mo-
res eorum, qui neque sunt apud eos, neque dicuntur, referunt.
Causa uero ignorantie ueritatis est, quod procul abessent: ut
autem falsa conscriberent, quod uellent uideri aliquid amplius
quam alij retulisse. Quomodo ergo mirari decet, si neque no-
stra gens plurimis erat nota, neque ad scribēdum de se aliquam
dedit occasionem, et ita dis̄ita procul à mari, et talibus insti-
tutis uiuens ? Pone igitur nos argumento uti uelle Gr̄ecorum,
quod non sit genus eorum antiquum , eò quod nihil in nostris
uoluminibus de eis sit dictum : non'ne omnino deridebunt cau-
sas huiusmodi à me prolatas , et testes uicinae regionis addu-
cent antiquitatis suac ? Igitur et ego hoc conabor efficere.
Aegyptijs enim et Phoenicibus præcipue testibus utar, cum nul-
lus eorum potuerit tanquam falsum accusare testimonium. Et
uidentur maxime erga nos iniqui in communī quidem omnes
Aegyptij, Phœnicum uero Tyrū. De Chaldeis autem nequa-
quam hoc dicere potero, quoniam et generis nostri principes
constituti sunt, et propter cognationem in cōscriptionibus suis
meminere Iudeorum. Cum uero fidem de his præbuero, et bla-
phemias falsas ostendero, tunc etiam Gr̄ecorum conscripto-
res memorabo, qui Iudeorum fecere mentionem : ut neque hu-
iusmodi occasio relinquatur in Iudeis nobis faciende cōtentio-
nis. Inchoabo autem primum à literis Aegyptiorum, quae non
arbitrantur commendare quae nostra sunt. Manethon itaq; ge-
nere uir Aegyptius, Gr̄eca disciplina eruditus, sicuti palam est
(scripsit enim sermone Gr̄eco) paternæ religionis historiā ex
sacris (sicuti ait ipse) interpretatus libris, frequenter arguit He-
rodotum, in Aegyptiacis ignoratione mentitum. Is Manethon
in secundo

in secundo Aegyptiacorum hæc de nobis scripsit. Ponamus
etiam uerba eius, tanquam illum ipsum adducens testem. Filius
nobis rex, Timaus nomine. sub hoc nescio quomodo Deus ira-
tus fuit: ex præter spem ex partibus Orientalibus homines ge-
nere ignobiles, adeptæ fiducia in prouincia castrametati sunt.
Et facile ac sine bello eam potenterque ceperunt: et principes
eius alligantes, de cætero ciuitates crudeliter incendere: et
Deorum templa euertere. Erga omnes uero prouinciales ini-
niuissime se gesserunt, alios quidem perimentes, aliorum uero
et filios et coniuges in seruitutem redigentes: nouissime uero
et unum ex se fecere regem, cui nomen Saltis. Hic in Mem-
phidem ueniens, superiore inferioreque prouincia tributaria fa-
cta, praesidia relinquens opportunis locis, maximè partes mu-
niuit Orientales, prospiciens quod Assyrij aliquantò poten-
tiores erant desideraturi regnum eius inuadere. Inueniens au-
tem in prefectura Saite ciuitatem opportunitam, positam
ad Orientem Bubastitis fluminis, que appellabatur à quadam
antiqua theologia Auaris, hanc fabricatus est, et muris ma-
ximis communiuit, collocans ibi multitudinem armatorum, us-
que ad duceta quadraginta milia uirorum eam custodientium.
Hic autem mæsis tempore ueniebat, tam ut frumenta meteret,
et mercedes exolueret, quam ut armatos ad terrorem extra-
neorum diligenter exercitaret. Qui cum regnasset decemno-
uem annis, uita priuatus est. Post hunc autem regnauit alter
quatuor et quadraginta annis, Baon nomine. Post quem aliis
Apachnas, sex et triginta annis, et mensibus septem. Deinde
Apochis, unum et sexaginta: et Ianias, quinquaginta, et men-
sibus uno. Post omnes autem Assis nouem et quadraginta, et men-
sibus duobus. Et isti quidem sex apud eos fuere primi reges, de-
bellantes semper, et maximè Aegypti radicem amputare cu-
pientes. Vocabatur autem gens eorum Hycos, hoc est, reges
pastores.

pastores. Hyc enim secundum sacram linguam, regem significat: Sos uero pastorem sive pastores, secundum communem dialectum: et ita compositum inuenitur Hycos: quidam uero dicunt eos Arabas esse. In alijs autem exemplaribus non reges significari compéri per appellationem Hyc, sed ē diuerso captiuos declarari pastores. Hyc enim Aegyptiaca lingua, et hac quando denso sono profertur, captiuos aperte significat: et hoc potius uerisimile mihi uidetur, et historie antiquae conueniens. Hos ergo quos prædiximus reges, et eos qui pastores uocabantur, et qui ex eis fuere, obtinuisse Aegyptum ait annis undecim et quingentis. Post hæc autem regum Thebaidis et Aegypti reliquæ factam dicit super pastores inuasionem, et bellum maximum et diuturnum eis illatum. Sub rege uero cui nomen erat Alisfragmuthosis, uictos dicit pastores: et aliam quidem uniuersam Aegyptum perdidisse: inclusos autem in locum habentem mensuram iugerum decem milium, cui loco nomen est Auaris: Hunc Manethon dicit omnem maximo muro atque robustissimo circundedisse pastores, quatenus et omnem possessionem munitam haberent, simul et prædam suam. Filium uero Alisfragmuthoseos Themofin conatum eos ui expugnare, cum quadringentis octoginta milibus armatorum eorum muros obsedisse. Cum uero obsidium desperasset, pacta cum eis fecisse, ut Aegyptum relinquentes, quo uellent innoxij omnes abirent. Illos uero his promissionibus impetratis, cum omni domo et possessionibus non minus ducenta quadraginta milia numero, ex Aegypto per desertum in Syriam iter egisse: et metuentes Assyriorum potentiam (tunc enim illi Asiam obtinebant) in terra que nunc Iudea uocatur, ciuitatem edificasse, que tot milibus hominum sufficere posset, eamq; Hierosolymam uocitasse. In alio uero quodam libro Aegyptiacorū Manethon hanc ipsam gen-

tem, id est, qui vocabantur pastores, in sacris suorum libri
 captiuos ascriptos rectissime dixit. Nam antiquis proge-
 toribus nostris pascere mos erat: et pascualem habentes
 tam, vocabantur ita pastores. Sed et captivi non temere
 Aegyptiis dicti sunt: quoniam progenitor noster Ioseph di-
 xit ad regem Aegyptiorum, se esse captiuum: et fratres in
 Aegyptum posterius euocauit, rege precipiente. Sed de his
 quidem in alijs examinationem subtilius faciemus. Nunc au-
 tem huius antiquitatis producam testes Aegyptios, rursumque
 quomodo se habeant uerba Manethonis circa ordinem tempo-
 rum aperte describam: sic enim ait: Postquam egressus est ex
 Aegypto populus pastorum ad Hierosolymā, expulsor eorum
 rex Themosis regnauit post haec annis uigintiquinq; et men-
 sibus quatuor, et defunctus est. Assumpsisq; regnum filius Che-
 bron annis tredecim: post quem Amenophis uiginti et mensi-
 bus septem, huius autē soror Amesses annis uigintiuno, et men-
 sibus nouem. Mephres autem xii et mensibus nouem. Me-
 phramuthosis uigintiquinq; et mēsibus decē. Thmosis autem,
 nouē et mensibus octo. Amenophis uero triginta, et mensibus
 decem. Orus uero triginta sex, et mensibus quinque. Huius au-
 tem filia Aenches, duodecim, et mēse uno. Rathotis uero fra-
 ter nouem. Aencheres autem duodecim, mensibus quinque. A-
 encheres alter duodecim, et mēsibus tribus. Armais uero qua-
 uor, et mēse uno. Armesis autē uno, et mensibus quatuor. Ar-
 mesini imun uero sexaginta sex, et mensibus duobus. Amen-
 opis nouendecim, et mensibus sex. Sethosis autem equestres et
 nauales copias habens, fratrem quidem Armain procuratorum
 Aegypti constituit, et omnem ei aliam regalem contulit pote-
 statem, tantummodo autem diademat uti prohibuit, et ne re-
 gina uirtutem liberorum oppimeret imperauit, et ut ab-
 stineret etiam ab alijs regalibus concubinis. Ipse uero ad Cy-

prum

prum & Phoenicen, & rursus contra Assyrios atque Medos
castrametatus, uniuersos quidem, alios ferro, alios sine bello
terore magnae uirtutis subiungauit: his uero felicitati-
bus eleuatus confidentius incedebat, Orientales urbes ac pro-
uincias subuertendo: multoq; tempore procedente Armais, qui
in Aegypto fuerat derelictus, omnia contrà quam frater age-
re monuerat, sine timore faciebat. Nam & reginam uiolenter
abiecit, & alijs concubinis sine parcitate iugiter miscebatur:
persuasusq; ab amicis & diademate utebatur, & fratri re-
bellabat. Is uero qui constitutus erat super sacra Aegyptia,
codicillos Sethosi misit, cuncta significans, & quia rebellaret
ei suus frater Armais. Qui repete ad Pelusium destinauit, &
proprium tenuit regnum. Prouincia uero uocata est ex eius
nomine Aegyptus. Dicit enim quod Sethosis Aegyptus uo-
cabatur, Armais autem frater eius Danaus. Hac quidem Ma-
nethon. Palam uero est, ex prædictis annis tempore computato,
quod qui uocabantur pastores, id est, nostri progenitores, ex
Aegypto liberati, ante tres & nonaginta atque trecentos an-
nos hanc prouinciam inhabituere, quam Danaus ad Argos
accederet: licet hunc antiquissimum Arguii esse confidant.
Duas igitur res Manethon maximas pro nobis Aegyptijs li-
teris protestatus est: primam quidem, quia aliunde uenerunt ad
Aegyptum: dein egressum eorum exinde, ita temporibus anti-
quissimum, ut pene mille annis bellum precedat Iliacum. Ea
uero quæ Manethon non ex Aegyptijs literis, sed (sicut ipse
confessus est) ex fabulis quorundam sine nomine, adiecit, post-
ea particulariter redarguam, ostendens ea sine uerisimili-
tudine esse mendacia. Sed uolo ab istis rursus migrare ad ea,
quæ apud Phoenicas de nostro genere conscripta sunt, & eo-
rum testimonio declarata. Sunt itaque apud Tyrios multorum
annorum publicæ literæ, & conscriptiones diligentissime cu-

Quorum unus, inquit, erat Ezechias pontifex Iudeorum: homo ætate quidem quasi sexaginta et sex annorum, dignitatem uero apud contribules maximus, et animo sapientissimus, potentissimus ad dicendum, et circa causas sicut nullus alter expertus. Dicit etiam omnes sacerdotes Iudeorum qui decimas accipiunt, et uniuersa in communi gubernant, circa mille et quingentos existere. Rursus autem praedicti uiri faciens mentionem: hic, inquit, homo hunc honorem gerens, et assuetus esse nobiscum, assumens aliquos suorum, differentiam cunctam exposuit: et habitationem suam et conuersationem, quam scriptam habebat, pariter indicauit. Deinde palam facit Hecateus, quales circa leges existimus: et quia omnia sustinere, ne transcendamus eas, eligimus: et hoc esse optimum iudicamus. Dicit igitur hec: Et male sepius a finitimis audientes, et omnes contumelias passi a Persicis regibus et satrapis, non possunt mente mutari. Sed cum magna exercitatione, de his præcipue omnibus respondere paratis sunt. Perhibet autem etiam indicia fortis animi circa leges non parua, dicens, Alexandro quondam in Babylone constituto, et uolente Beli templum quod correrat renouare, cunctisq; militibus simuliter rudera portare præcipiente, solos Iudeos hoc facere non sustinuisse: sed etiam multas plagas, et detrimenta pertulisse non modica, donec eis agnoscente rege securitas præberetur. Qui dum ad prouinciam, inquit, propriam reuersi fuissent, templo et altaria fabricati omnia destruxere. Et pro alijs quidem multam satrapæ exoluere, pro alijs uero ueniam consecuti sunt. Adiicit autem, quod merito ob haec mirabiles sint. Et quod gens nostra fuit multorum hominum numero copiosa: sed multi millia nostrorum traducti, in Babylonia Persæ primum collocarunt: nec pauca etiam morte Alexandri in Aegyptum et Phoenicem sunt translata, propter seditionem in Syria factam. Idem uir

uir et magnitudinem prouinciae quam incolimus, pulchritudinemq; narrauit. Penè decies trecenta milia, inquit, iugera terrarum optimarum uberrime prouinciae possidere nos cunctatur. Indea nanque huius est amplitudinis. Et quia etiam ciuitatem ipsum Hierosolymorum spatiosam et maximam olim inhabitamus, et uirorum multitudine copiosam, necnon et templi constructionem, idem ipse sic refert: Sunt autem Iudeorum et alie quidem multe munitiones per prouinciam, atque uici. una uero ciuitas munitissima, habens precipue circuitum quinquaginta stadiorum, in qua commorantur hominum circa centum et quinquaginta milia, nomine Hierosolyma. Est autem in media ciuitate lapidea quadriporticus, centum per circuitum cubitorum, habens etiam duplices ianuas: in qua ara est quadranguli figuraione composita ex lapidibus non dolatis, sed collectis, unumquodq; latus uirginti cubitorum latitudinem habens, altitudinem uero decem. et circa eam maxima fabrica, ubi altare est constitutum et tandem labrum, utraque aurea, duorum talentorum pondus habentia: et inextinguibile lumen noctibus et diebus. Simulachrum uero aut aliquod anathema ibi nequaquam est, nec uila plantatio: nullus ibi ueluti lucus, aut aliquid huiusmodi. Habitant autem in eo et noctibus et diebus sacerdotes, quasdam purificationes agentes, et omnino uinum non bibentes in templo. Insuper autem, quia et cum Alexandri regis successoribus postea militarunt, testatur hoc modo, dicens. ea que cognoverit a uiro Iudeo in expeditione constituto: culus uerba subiçiam. Ait enim: Me siquidem eunte ad mare rubrum, una secutus est quidam cum alijs equestrium Iudeorum nos deducentium, nomine Molossianus, uir animosus, inter omnes sagittarios Graecos et Barbatores praecipuus. Is igitur homo properantibus multis

Hunc peremisit Ilibobalus Astarta sacerdos: qui cum uixisset annis sexaginta octo, regnauit annis triginta duobus. Huic succedit Badezorus filius: qui cum uixisset annis x l v. regnauit sex. Huic successor factus est Metinus filius: qui cum uixisset triginta duobus, nouem regnauit annis. Huic successor fuit Pygmalion, qui annos egit in sua uita quinquaginta sex, ex quibus x l. tenuit principatum. Huius regni anno septimo, soror Dido in Africa ciuitate edificauit Carthaginem. Itaque colligitur tempus à regno Hirami usque ad edificationem Carthaginis, annorum centum quinquaginta quinq; ex mensium octo. Quum uero duodecimo anno huius regni, in Hierosolymis edificatum sit templum, sit ab edificatione templi usque ad constructionem Carthaginis tempus annorum centum quadraginta trium, mensium octo. Testimonia siquidem Phoenicum quid amplius oportet apponi? Cernitur ipsa ueritas fortiter approbata: ex multo clarioris appareat, quoniam precedit constructionem templi progenitorum nostrorum ad prouinciam hanc aduentus. Cum enim eam uniuersam bello tenuissent, tum demum templū edificare coepere: ex hac aperite ex literis sacris etiam à me in Antiquitate manifestata sunt. Nunc itaque sunt dicenda ea, que apud Chaldeos noscuntur esse conscripta, ex de nobis in historia sunt relata. Quae multam habent cōcordiam cum nostris uoluminibus, etiam de alijs rebus. Testis autē horum est Berosus, uir genere quidem Chaldeus, notus autem eis, qui doctrinæ eruditioñ; congaudent: quoniam de astronomia ex de Chaldeorum philosophia ipse Græcas conscriptiones edidit. Igitur Berosus antiquissimas secutus historias, de facto diluvio, ex hominum in eo corruptione, sicuti Moses, ita conscripsit: simul ex de arca, in qua generis nostri princeps seruatus est, deuencta scilicet ea in summitate montium Armeniorum. Deinde scribens eos qui ex

Noë

Ptolemeo Lago cum exercitu, et multis hominibus, cum custodire debuerint ciuitatem, eis stultitiam obseruantibus, prouincia quidem domum suscepit amariissimum: lex uero manifestata est malam habere solennitatem. huiusmodi autem causas, praeter illos, alios quoq; docuit uniuersos: ut tunc ad somnia et opiniones que tradebantur de lege configiant, dum circa res necessarias ratio nihil ualeat humana. Hoc quidem Agatharchidi uidetur esse ridiculum: eis autem qui hec examinant integrius, apparet magnum, et precipua laude dignissimum: si et saluti et patriae quidem, custodiam legum pietatemq; diuinam preponere concupiscant. Quod uero non ignorantes quidam conscriptorum gentem nostram, sed propter iniuriam quasdam ob similes causas memoriam nostri omiserunt, hoc indicium me arbitror esse prebiturum. Hieronymus enim qui de successoribus conscripsit historiam, ipso tempore quo Hecatæus fuit: et amicus existens regis Antigoni, Syriae praefidebat. Verum Hecatæus quidem etiam librum conscripsit de nobis: Hieronymus autem nequaquam nostri in historia meminit, licet penè in ipsis locis nutritus esset: In tantum uoluntates hominum differebant. Alter namq; dignos existimauit de quibus diligenter memorie proderet: alterum uero omnino circa ueritatem quedam passio cernitur obscurasse. Sufficiunt tamen ad comprobationem antiquitatis nostre, Aegyptiorum et Chaldeorum atq; Phœnicum historie, et super illas Graecorum pariter conscriptiones. nam praeter supradictos, Theophilus etiam, et Theodotus, et Mnaseas, et Ariphanes, et Hermogenes, et Euemerus, et Conon, et Zopyrion, et multi fortasse alij (non enim ego omnibus libris incubui) non obiter nostri fecere mentionem. Plurimi namq; predictorum uitorum, ueritate quidem antiquarum rerum frustrati sunt, quia lectioni sacre nostrorum non incubuere librorum: communi-

nissimis Babylonicis locis edificare: ipse uero ex mensibus templum Beli ac reliqua munificentissime excoluit: ex uictoriis alteram extrinsecus adiecit. Et prouiso ne postea posset hostes flumen convertere et ad urbem accedere, tres interiore cinctati per circuitum muros, totidem exteriori, hos coacto letere, illos addito etiam bitumine, circundedit: tum sic communite portas que uel templum deceant, addidit: ad hoc iuxta paternam regiam, alteram sumptuosiorē multo ampliorem: extixit: cuius ornatum exponere fortasse longum esset: illud memoratu dignum, quod hæc adeò superba supraq; fidem magnifica, quindecim dierum spatio perfecta est. In ea lapides molles excelsas excitauit, aspectu montibus assimiles, omniq; genere arborum confitas. Hortum quoque pensilem fecit, fama nobilens: quod uxor eius montanum prospectum desideraret, in Medorum regione educata. Hæc itaque retulit de predicto rege, et multa super hec in libro Chaldaicorum: in quo culpat cōscriptores Grecos, quasi uane arbitratos, à Semiramide Asyria Babylonem edificatam, et mira opera ab illa circa eam fuisse constructa, false conscripsisse dicens. Ipsam certè Chaldaicorum conscriptionem fide dignam existimandum est, quando cum archivio Phoenicum concordare uidentur, qua ex Beroso conscripta sunt de rege Babyloniorum: quoniam et Syriam et uniuersam Phœnicen ille subuertit. In his sanè consonat et Philostratus in historijs, dum Tyria meminit obsidionis: et Megasthenes in quarto Indicorum, ubi declarare contendit, predictum regem Babyloniorum Herculem fortitudine et astutum magnitudine praecessisse. Dicit enim eum et maximam Africe partem, et Hispaniam subiugasse. Que uero de templo Hierosolymorum relata sunt, et concrematum esse Babylonis, et captum rursus edificari Cyro tenente Asie principatum, ex dictis Berosi declaramus. Sic enim in tertio

In tertio libro dicit: Nabuchodonosor itaque posteaquam inchoauit predictum muram, incidens in languorem, de vita migravit, cum regnasset annis tribus et quadraginta. Huius regni, dominus effectus filius eius Euelmaradochus, propter iniquitates et libidines passus infidias a marito sororis sue Niriglissoroore peremptus est, cum duobus regnasset annis. Quo defuncto, sumens regnum qui ei fecit infidias Niriglissoroor, annis regnauit quatuor. Huius filius Laborosardochus, principatum quidem puer existens mensibus nouem: infidias uero passus, eò quod nimis appareret malorum esse morum, ab amicis extinctus est. Hoc itaque perempto, conuenientes hi qui fecerant infidias, communi suffragio regnum tradidere Nabonido cuidam, qui erat ex Babylone ex eadem gente. Sub hoc muri circa flum Babyloniae ciuitatis ex latere ceto et bitumine sunt constructi. Cuius regni anno septimo decimo egressus Cyrus ex Perside cum magno exercitu, uniuersa Asia subacta, impetum fecit in Babyloniam urbem. Sentiens autem Nabonidus inuasionem eius et occurrēs cum exercitu suo, atque congressus pugna, uictus et cum paucis fugatus inclusus est in Borsippēium ciuitate. Cyrus autem Babyloniam obsidens, et deliberans exteriores muros deponere ciuitatis, eò quod nimis uideretur munita, et esset ad capiendum ualde difficilis, reuersus est ad Borsippum, Nabonidum expugnaturus. Nabonido uero oppugnationem non expectante, sed prius supplicante, usus clementia Cyrus, et dans ei habitaculum in Carmania, expulit eum a Babylone. Nabonidus itaq; reliquum uite tempus in illa prouincia conuersatus est. Hec concordant cum nostris. Scriptum nanque in eis est: quod Nabuchodonosor decimo octavo regni sui anno, templum nostrum ad desolationem usque perduxit, et fuit exterminatum annis septem. Secundo uero anno regni Cyri fundamentis depositis,

rursus secundo regni Darij anno perfectum est. His prolati, adiçiam etiam Phœnicum historias: non enim probationum abundantia relinquenda est: est enim dinumeratio in illis annorum: sic enim habent: Sub rege Ithobalo Nabuchodonosor obsedit Tyrum annis tribus et decem. Post hunc regnauit Basal annis decem. Post hunc iudices constituti sunt, et indicauere hi. Ecnibalus Baslechi, mensibus duobus: Chelbis Abdei, mensibus decem: Abbarus pontifex, mensibus tribus: Mytonus et Gerastus Abdilimi iudices, annis sex: inter quos regnauit Balatorus anno uno: quo moriente, mittentes enocuere Merbalum ex Babylone, et quatuor regnauit annis. Eo quoque moriente, enocauere fratrem eius Iromum, qui regnauit annis viginti. Sub hoc Cyrus Persarum habuit imperium. Quapropter omne tempus est annorum quinquaginta quatuor, et mensium trium. Septimo siquidem anno regni sui Nabuchodonosor coepit obsidere Tyrum. Quartodecimo autem anno regis Iromi, Cyrus Persarum tenuit principatum. Consonant igitur que de templo scripta sunt à Chaldeis ac Tyriis, cum literis nostris. manifestum uero et sine contentione testimonium est, de predicta nostri generis antiquitate. Et his siquidem qui non ualde contendunt, sufficiere iudico que premissa sunt. Oportet autem non credentibus barbaricis conscriptionibus, sed solis Græcis fidem habendam esse dientibus, adhuc multos exhibere testes, etiam Græcos, scientes nostrum genus, et opportuno tempore eius habentes mentionem. Pythagoras igitur Samius, cum sit antiquus quidem esse, sapientia uero et diuina pietate philosophos omnes excellens, non solum que nostra sunt agnouisse manifestus est, sed etiam emulatus ea ex multis appareat. Et eius siquidem conscriptio nulla reperitur. multi tamen de eo retulere: quorum insignior est Herennius, ut circa omnem historiam diligenterissimus

tissimus indagator. Refert itaq; in primo de Pythagora libro, quod Pythagoras uno familiarium suorum defuncto, nomine Calliphonte, genere Crotoniate, illius animam dicebat secum degere die nocturno: et quod preciperet, ut non transiret locum, ubi asinus lapsus esset, et ab aqua fusculta semetipsum abstineret, et ab omni blasphemia recederet. Deinde sequitur: Hæc autem agebat atque dicebat, Iudeorum et Thracum opiniones imitatus ac transferens in seipsum. Dicitur enim uere, quod ille uir multas Iudeorum leges in suam transtulit philosophiam. Fuit autem etiam per ciuitates non ignota olim gens nostra: et multi iam mores ad quasdam transferunt, et emulatione digni à nonnullis habebantur. Quod manifestat Theophrastus in his, que scripsit de legibus. Ait enim, quia prohibent Tyriorum leges et peregrino sacramento iurare. Inter quæ sacramenta cum quibusdam alijs etiam iusserādum, quod corban appellatur, enumerat: apud nullos autem hoc inuenitur iuramentum, nisi apud Iudeos solos: quod interpretatur ex Hebraica lingua, donum Dei. Verum neq; Herodotus Alicarnassus nostram ignorauit gentem, sed quodammodo eius meminisse cognoscitur. De Colchis enim referens, in secundo libro sic dicit: Soli autem inter omnes Colchi, et Aegyptij et Aethiopes, uerenda ab initio circuncidunt. Phœnices uero, et Syri in Palestina confitentur hoc ab Aegyptijs didicisse. Syri autem, qui circa Thermodontem et Parthenium fluuium commorantur, et his uicini Macrones, à Colchis dicuntur nuper didicisse. Hi nanque sunt inter homines soli, qui circunciduntur: et isti sicut Aegyptijs facere uidentur. De Aegyptijs autem, et Aethiopibus dicere non possum, utri ab alteris didicere. Dixit ergo Syros, qui in Palestina sunt, circuncidi omnium autem qui habitant Palestinam, soli Iudei circunciduntur. hoc igitur sciens, de ipsis dixit.

Quin

Quin et Chœrilus, antiquus poëta, meminit de gente nostra,
dicens quod militaverunt nostri maiores cum Xerxe Persarū
rege contra Græcos: et enumerans uniuersas gentes, nouissi-
mam nostram posuit, ita dicens:

Huius miranda specie gens castra secuta,
Phœnissam ignoto linguam mittebat ab ore.
Sedes huic Solymī montes. stagnum prope uastum.
Tonsa caput circum, squallenti uertice equini
Exuviis capitio duratas igne gerebat.

Palam ergo est, sicut arbitror, quia nostri meminerit, eò quod
et Solymī montes in nostra regione sunt constituti, in qui-
bus habitamus, et stagnum, quod dicitur Asphaltites. Hoc enim
inter omnes stagnum in Syria latius atque maius est. Et Chœ-
rilus quidem ita nostri meminit. Quod autem non solum scie-
bant Iudeos, sed etiam in quotquot incidenter, admirabantur,
non ē uulgo Græci, sed ob sapientiam celebres, ostendere fa-
cile est. Clearchus enim Aristotelis discipulus, et peripateti-
corum nulli secundus, in primo libro de somno, dicit Aristote-
lem doctorem suum de quodam uiro Iudeo ita referre: et ipsi
Aristoteli eundem sermonem ascribit, quod ita conscriptum
est. Sed alia quidem longum est dicere. Que uero babere
potuerant illius admirationem quandam atque philosophiam,
ea duco operæ pretium referre. Et Hyperochides: uehemen-
ter, inquit, audire desideramus uniuersi. Igitur secundum pre-
cepta, Aristoteles inquit, rhetorica, eius genus primo indica-
bimus, ne reluctemur doctoribus præceptorum. Dic, inquit
Hyperochides, ita si placet. tum ille. genere igitur Iudeus
erat, ē Cœlesyria: qui sunt ex propagine philosophorum In-
dorum, uocanturq; (ut aiunt) philosophi, apud Indos Cala-
ni, apud Syros autem Iudei nomen accipientes à loco. locus
enim ubi habitant, appellatur Iudea. nomen uero eorum ci-
uitatis

sitatis ualde difficile est: uocant enim eam nomine Hierusalem. Is igitur homo multos hospitio recipiens, & de superioribus ad maritima descendens, grauiissimus erat non solum eloquio, sed etiam animo. Et tunc nobis degentibus apud Asiam, quum diuinus homo uenisset ad ea loca, confabulari coepit nobiscum, & cum alijs scholasticis eorum sapientiam tentans: cumq; multi erudiitorum congregarentur, tradebat potius aliquid eorum quæ habebat. Hæc ait Aristotiles apud Clearcham: & super hæc multam ac mirabilem continentiam Iudei uiri in cibis & castitatem narrat. Licet autem uolentibus hæc ex ipsius lectione cognoscere. ego enim refugio plus quam decet inserere. Clearchus igitur facta digressione, cum aliud propositum haberet, nostri generis ita meminit. Hecatæus autem Abderita, uir philosophus simul & circa actiones industrius, cum Alexandro rege nutritus, & cum Ptolemaeo Lagi commoratus, non obiter, sed integrum de ipsis Iudeis conscripsit librum. Ex quo uolo breuiter quædam eorum quæ ab eo sunt dicta percurrere. Sed primitus tempus ostendam. Meminit enim prælij, quo circa Gazam Ptolemæus conflixit cum Demetrio, quod utiq; contigit undecimo quidem anno post mortem Alexandri, Olympiade uero septima & decima atq; centesima, si cuti refert Castor. adiiciens enim hanc Olympiadem, dicit: Sub hac Ptolemæus Lagi uicit in Gaza prælio Demetrium Antigoni, qui uocabatur Poliorcetes. Alexandrum uero profitentur uniuersi centesima & quartadecima Olympiade fuisse defunctum. Palam ergo est, quia & secundum illud tempus, & sub Alexandro genus florebat nostrum. Dicit igitur Hecatæus, quia post prælium ad Gazam, Ptolemæus locorum que sunt circa Syriam dominus est affectus. Et multi hominum cognoscentes mansuetudinem & clementiam Ptolemai, cum eo proficiisci ad Aegyptum, & rebus communicare uoluere.

Quorum

Quorum unus, inquit, erat Ezechias pontifex Iudeorum: homo etate quidem quasi sexaginta & sex annorum, dignitate uero apud contribules maximus, & animo sapientissimus, potentissimus ad dicendum, & circa causas sicut nullus alter expertus. Dicit etiam omnes sacerdotes Iudeorum qui decimam accipiunt, & uniuersa in communi gubernant, circa mille & quingentos existere. Rursus autem praedicti uiri faciens mentionem: hic, inquit, homo hunc honorem gerens, & assuetus esse nobiscum, assumens aliquos suorum, differentiam cunctam exposuit: & habitationem suam & conuersationem, quam scriptam habebat, pariter indicauit. Deinde palā facit Hecateus, quales circa leges existimur: & quia omnia sustinere, ne transcendamus eas, eligimus: & hoc esse optimum iudicamus. Dicit igitur hec: Et male sepius à finitiinis audientes, & omnes contumelias passi à Persicis regibus & satrapis, nō possunt mente mutari. Sed cum magna exercitatione, de his præcipue omnibus respondere parati sunt. Perhibet autem etiam indicia fortis animi circa leges non parua, dicens, Alexandro quondam in Babylonie constituto, & uolente Beli templum quod correrat renouare, cunctisq; militibus similiter rudera portare præcipiente, solos Iudeos hoc facere non sustinuisse: sed etiam multas plagas, & detrimenta pertulisse non modica, donec eis agnoscente rege securitas præberetur. Qui dum ad prouinciam, inquit, propriam reuersi fuissent, templo & altaria fabricata omnia destruxere. Et pro alijs quidem multam satrapæ exoluere, pro alijs uero ueniam consecuti sunt. Adiicit autem, quod merito ob haec mirabiles sint. Et quod gens nostra fuit multorum hominum numero copiosa: sed multi millia nostrorum traducta, in Babylonie Perse primum collocarunt: nec pauca etiam morte Alexandri in Aegyptum & Phoenici censunt translata, propter seditionem in Syria factam. Idem

uir

secundum præmonitionem uatis, tamen cùm à sectione lapidum sunt egressi, et prouinciam perceperere, omnes circa-eum milio-
res effecti credendi sunt. Porro si adhuc et illum odio habe-
bant, seorsum magis insidiari potuissent, non omnibus bellum
inferre, cùm scilicet plurimi existentes multorum illuc cogni-
tiones haberent. Proinde etiam si contra homines pugnare de-
creueret, non tamen contra Deos impietatem gerere præsume-
bant: nec contraria suis agere legibus, in quibus educati esse no-
scuntur. Oportet itaq; nos Manethoni gratias agere: quoniam
huius iniquitatis principes dicit, non eos qui ex Hierosolyma
sunt egressi, sed illos ipsos Aegyptios esse probat, et maximè
sacerdotes, atq; iurisjurandi vinculum illorum multitudine con-
uenisse. Illud autem quomodo non irrationaliter est? Domesti-
corum quidem et amicorum nemo cum illis rebellauit, nec pe-
ticulorum belli particeps factus est: sed misere maculatos ad
Hierosolymam, ut ab eis auxilia poscerent. quanam amicitia
aut societate intercedente? hostes enim magis erant, et mor-
bus plurimum differebant. At illi confestim (ut ait) uocantibus
morem gesserunt, nempe inducti pollicitationibus, quod Aegy-
ptum occupaturi essent: quasi ipsi non admodum eius regio-
nis gnari essent, ex qua per uim pulsi fuerant. qui si tum mi-
seram aut egenam uitam egissent, merito fortasse negotium ag-
gressi essent. cum autem urbem habiarent fortunatam, et
agrum amplum meliorem Aegypto colerent, quid tandem erat,
cur ob ueteres hostes, eosq; corporibus affectis, quales nemo
domesticos ferat, periculum adirent: neq; enim futuram regis
fugam præsciebant. nam (ut ipse dixit) filius Amnonphis cum
trecentis milibus ad Pesulum occurrebat. et hoc quidem o-
mnino sciebant, qui proficisciabantur: mutationem uero pro-
positii et fugam unde conjectare poterant? Deinde occupatis
horreis Aegypti, multa mala fecisse ait Hierosolymitanū exer-

multis paruer, et quodam uate augurium captante, et pre-
tente ut cuncti starent, interrogauit, cur substitissent omnes. O-
ftendente uero ei uate auem quam intuebatur, atque dicente:
quod si quidem expediret eis ut manerent omnes, staret axis: si
uerò surgens anterius euolaret, procederent: si uero post ter-
gum iret, recedere cunctos oporteret: rursum tacens, arcuq;
trahens, sagittam emisit: et auem percussam intererunt. Indi-
gnantibus uero uate et quibusdam alijs, et maledicentibus ei:
Quid furitis, inquit, infaustissimam auem sumentes in manus?
hac enim suam salutem nesciens, de nostro itinere nobis pro-
speritatem potuit indicare? Si enim praescire futura ualuisse, et
in hunc locum nequaquam uenisset, metuens ne sagitta à Mo-
sollamo Iudeo periret. Sed Hecataei testimonia iam quiescant.
facile narrans est, uolentibus ipsum librum legere, et hac aperi-
tius inuenire. Non uero me pidgebit Agatharchidem introdu-
cere, licet homo minime malus, ut ei uisum est, nobis detraxis-
se uideatur. Is enim narrans de Stratonice, quemadmodum
uenit in Syriam ē Macedonia uiro suo Demetrio derelicto:
Seleuco autem uxorem eam ducere nolente, quod illa spera-
bat, exercitu eius in Babylonie posito, circa Antiochiam bel-
la mouit. Deinde quomodo reuerso rege Antiochia capta, in
Seleuciam illa fugiens, cum posset uelocius abnavigare, somnio
prohibita ne faceret, capta atque defuncta est. Hec ergo pre-
dicens Agatharchides, et derogans superstitioni Stratonicae,
uitur exemplo generis nostri, sic scribens: Qui vocantur
Iudei, habitant omnium munitissimam ciuitatem, quam voca-
re Hierosolymam provinciales solent. Hi uacare consueti sunt
septima die, et neque arma portare in praedictis diebus, neque
terre culturam contingere, neque alterius cuiuspiam curam
babere patiuntur. sed in templis extendentes manus, adorare
usque ad uesperam soliti sunt. Ingrediente uero ipsi ciuitatem

Ptolem

Ptolemeo Lago cum exercitu, & multis hominibus, cum custodiire debuerint ciuitatem, eis stultitiam obseruantibus, provincia quidem dominum suscepit amarissimum: lex uero manifestata est malam habere solennitatem. huiusmodi autem causas, praeter illos, alios quoq; docuit uniuersos: ut tunc ad somnia & opiniones que tradebantur de lege configiant, dum circa res necessarias ratio nihil ualeat humana. Hoc quidem Agatharchidi uidetur esse ridiculum: eis autem qui haec examinant integrius, apparet magnum, & præcipua laude dignissimum: si & saluti & patriæ quidem, custodiam legum pietatemq; diuinam præponere concupiscant. Quod uero non ignorantes quidam conscriptorum gentem nostram, sed propter inuidiam quasdam ob similes causas memoriam nostri omiscent, hoc indicium me arbitror esse præbiturum. Hieronymus enim qui de successoribus conscripsit historiam, ipso tempore quo Hecatæus fuit: & amicus existens regis Antigoni, Syriae præsidebat. Verum Hecatæus quidem etiam librum conscripsit de nobis: Hieronymus autem nequaquam nostri in historia meminit, licet penè in ipsis locis nutritus esset: In tantum uoluntates hominum differebant. Alter namq; dignos existimauit de quibus diligenter memoriae proderet: alterum uero omnino circa ueritatem quedam passio cernitur obscurasse. Sufficiunt tamen ad comprobationem antiquitatis nostræ, Aegyptiorum & Chaldeorum atq; Phœnicum historiæ, & super illas Grecorum pariter conscriptiones. nam præter supradictos, Theophilus etiam, & Theodotus, & Mnaseas, & Ariphanes, & Hermogenes, & Euemerus, & Conon, & Zopyrion, & multi fortasse alij (non enim ego omnibus libris incubui) non obiter nostri fecere mentionem. Plurimi namq; prædictorum uirorum, ueritate quidem antiquarum rerum frustrati sunt, quia lectioni sacre nostrorum non incubuere librorum: commu-

deos in Syriam numero circiter c. c. milia, et patrem Amenophin ex Aethiopia recepisse. Et hec quidem Cheremon. Reor autem ex his ipsis que acta sunt amborum uanitatem apparere. Si quid enim ueritatis subfasset, impossibile erat in tantum eos discrepare. at qui mendacia componunt, non aliorum scriptis consona scribunt, sed que ipsis libet consingant. Ille igitur regiam cupiditatem uidendi Deos, ait initium fuisse pollutos eliciendi. Cheremon autem suum de Ifide somnum finxit. ex ille quidem Amenophin dicit indixisse regi purgationem: hic uero Phritiphauten. iam multitudinis numerus saepe bellè congruit, illo lxxx. milia referente, hoc ccl. Preterea Manethon primum in Lapidicinas electos pollutos, deinde ad Asiarim habitandam traductos, ac reliqua Aegypto bello uezata, tum denum acciuisse dicit à Hicrosolymitis auxilia: Cheremon, Aegypto decedentes circa Pelusium inuenisse ccc= lxx. milia hominum ab Amenophi relictu, ac cum illis rursus Aegyptum inuasisse: Amenophinq; in Aethiopiam fugisse. Quod uero egregium est, ne illud quidem, quinam et unde erant tam numerosus exercitus dixit, Aegyptij ne an externi: neq; causam indicauit, ob quam eos rex in Aegyptum inducere noluit: qui de leprosis et Ifide somnum confinxit. Mosi uero et Iosephum, quasi eodem tempore simul expulsum Cheremon adiunxit, et quidem quatuor etatibus ante Moysen defunctum, quarum sunt anni fere c. lxx. Quin et Rhameses Amenophis filius, secundum Manethonem quidem adolescens bellum administrat cum patre, et cum eodem exulat fugi et lapsus in Aethiopiam. Hic autem singit eum post patrisabitum in speluncam quadam natum, et postea prelio uictorem, et Iudeos in Syriam expellentem numero circiter ccc. milia. O' facilitatem. neq; enim prius quinam erant illa ccc. lxx. milia dixit, neq; quomodo cccccxx. milia perierint: in acie ne cecid

cecederint, an ad Rhameffen transfugerint. quod uero maxime mirum est, ne cognoscere quidem ex eo licet, quosnam uocet Iudeos, uel utris eorum det hanc appellationem: illis'ne
ccc l. milibus leprosorum, an his ccc lx x x. milibus, quæ circa Pelusium erant. Sed stultum fortasse sit redarguere eos, qui à semetipſis redarguti ſuiffent. His addam Lysimachum, idem quidem habentum cum p̄dictis argumentum mendacijs, uerum enormitate figmenti illos uincentem. unde appetet eum magno odio confinxiffe. dicit enim: Qua tempeſtate Bocchoris in Aegypto regnabat, populum Iudeorum, quod eſſent lepra, ſcabies, ex alijs quibusdam morbis infecti, ad templa conſugifſe, ut mendicato alerentur. multis autem hominibus morbo correptis, ſterilitatem in Aegypto accidiſſe. Bocchorim uero Aegyptiorum regem ad Ammonem, ſcitatum oracula de ſterilitate, miſiſſe. reſponſum uero à Deo, repurganda eſſe templa ab hominibus impuris ex impijs, eieciſis eis ē templis in loca deferta. Ceterū ſcabiosos, ac leproſos mergendos, tanquam ſole horum uitam ægrē ferente: & templa expianda: atq; ita fore ut terra fructum ferat. Bocchorim autem accepto oraculo, accerſiſq; ſacerdotibus ac ſacrificis, iuſiſſe collectis impuratis, hos militibus tradi deportandoſ in defertum: leproſos uero ac impetiginoſos plumbis laminiſ inuolutoſ in pelagus deiſci. quibus ſubmerſiſ, reliquos congregatoſ ex in loca deferta expoſiſos eſſe, ut perirent. eos habitu concilio conſultaſſe de ſcripſiſ: & nocte ſuperueniente, accenſis ignibus, ac lucernis custodiās agitaſſe: ſequentiq; nocte ieunatum, ut numen propitiuſ eos ſcruareret. Inſequenti uero luce à Moſe quodam conſilium datum, irent conſerti una uia, uſq; dum ad loca culta peruenirentur. tum p̄cepiffe eum, ne cui hominuſ in posterum benevoli eſſent, utq; conſilium malum potius quam bonum darent:

Deor

protulirat. Themusis enim erat rex, quando egressi sunt. Et ab hoc tempore, regum qui postea fuere, anni sunt trecenti nonagintatres, usq; ad fratres nomine Sethonem, et Hermæum: quorum Sethonem quidem Aegyptum, Hermæum uero Damnum denominatum dicit: Quem expellens, inquit, Sethon, regnauit annis quinquaginta et nouem: et post hunc senior est filius Rhampses annis sexagintasex. Ante tot igitur annos egressos ex Aegypto patres nostros confessus, deinde Amenophin adiiciens regem, hunc ait et Deorum fuisse contemplatorem, sicut Orum quandam priorum regum: et implesse desiderium eius sacerdotem Amenophin natum ex patre Papio: qui uidebatur quasi diuina participare natura, secundum sapientiam præscientiamq; futurorum. Et dixisse regi hunc cognominem, quod posset uidere Deos, si prouinciam a leprosis et alijs maculatis hominibus purgare contenderet. In quo letatum regem, omnes dicit corpore debiles ex Aegypto congregasse, et fecisse multitudinem numero LXX. milia. Eosq; ad sectiones lapidum in partem Nili Orientalem misisse: simul et alios Aegyptios, quibus hoc erat iunctum. Fuisse autem quosdam inter eos etiam eruditorum sacerdotum lepra perfusos ait. Amenophin uero illum sapientem dinimumq; virum refert timuisse et erga se metipsum et erga regem Deorum indignationem, qui aperié suaserat eis uim fieri: et dixisse, quoniam auxiliarentur quidam maculatis hominibus, et Aegyptum obtinerent tredecim annis. Et haec cum non quidem præsumpsisse regi dicere, sed de his hominibus conscriptum reliquisse librum, ac sibi mortem consciuisse. Et propterea regem in anxietatem maximam peruenisse. Deinde ad uerbum haec refert. Itaq; rogatus rex, ut ad requiem et tamen eorum secerneret ciuitatem, desertam urbem, qua fuerat pastorum, nomine Auarim, præbuit eis. Est autem haec ciuitas

nitas secundum theologiam antiquam, Typhonis. Porrò illi in hanc ingressi, et locum bunc ad rebellandum optimum, dum sibimet quendam Heliopolitanorum Pontificum Osarsiphum constitueret, et huic se obedire in omnibus iurauerunt. At ille primum quidem eis legem posuit, ut neq; Deos adorarent, neq; ab animalibus, que præcipue sacra apud Aegyptios erant, se penitus abstinerent: nulliq; copularentur nisi cum quibus foedus habere videbantur. Hæc autem sentiens, et alia plura, maxime Aegyptiorum consuetudinibus inimica, præcepit multo opere muros ædificari ciuitatis: et ad bella preparari contra Amenophin regem. Ipse uero assumens secum etiam alios sacerdotes, et maculatorum quosdam, misit legatos ad pastores: qui videbantur à Themuse rege depulsi ad Hierosolymorum urbem, causas suas et aliorum qui simul fuerant exhonoriati significans, et poscens ut pariter contra Aegyptum castrametarentur, promisitq; eos fore uenturos: primum quidem in Auarim progenitorum suorum prouinciam, et necessaria populis abundantius exhibenda: pugnaturus autem opportuno tempore, et prouinciam facilimè subdituros. Illi uero letitia cumulati, omnes alacriter usq; ad ducenta milia uirorum pariter sunt egressi: et non post multum ad Auarim usq; uenere. Amenophis autem Aegyptiorum rex, dum illorum audisset inuasionem, non mediocriter percussus est, dum recordaretur quod ei prædicterat Amenophis Papil. Et primum quidem congregans Aegyptiacam plebem, facto consilio cum principibus eorum animalia sacra, et que præcipue à sacerdotibus honorabantur, ante præmisit: et sacerdotibus particulariter iusfit, ut simulacra eorum cautè celarent. Filium uero Sethonem, qui etiam Ramesses à Rampsese patris nomine uocabatur, cum quinq; esset annorum, apud suum commendauit amicum. Ipse uero transiens cum alijs

Aegyptijs, usq; ad trecenta milia virorum, bellatoribus utrius
occurrens, congressus non est. Putans enim semetipsum contra
Deum pugnare, retrorsum reuersus uenit ad Memphis: et su-
mens Apim et alia sacra, mox in Aethiopiam cum uniuersis na-
uibus et multitudine uenit Aegyptiorum. Per gratiam namque
erat ei subiectus Aethiopum rex: propter quod suscipiens
etiam populum uniuersum, præbuit alimenta hominibus nece-
sariis, que prouincia ministrabat, et ciuitates ac uicos, qui ad
fatale illud xiiii. annorum exilium sufficerent. Et in Aethio-
pia quidem haec gesta sunt. Solymitæ uero descendentes cum
uiris pollutis Aegyptiorum, sic pessime hominibus uisi sunt, ut
corum uictoria esset pessima his, qui tunc eorum impietates in-
spiciebant. non solum etenim ciuitates et uicos concremauere,
sacrilegia facientes, et Deorum idola deuastantes, sed etiam
ipsa sacra animalia quæ colebantur crudelissime discerpserunt,
peremptores et occisores horum sacerdotes atque prophetas
esse cogentes, quos etiam expellebant nudos. Dicitur itaque,
quod politiam et leges eis composuit sacerdos quidam, genere
Heliopolites, nomine Osarsiphus, uocatus ex nomine Osireos
Heliopolitanus Dei: qui dum conuersus fuisset ad hoc genus, mu-
tauit nomen, et uocatus est Moses. Quæ igitur Aegyptij de
Iudeis ferunt, haec sunt. Sed et multa breuitatis causa preter-
eo. Dicit autem rursus Manethon, quia postea Amenophis ex
Aethiopia digressus est cum magna uirtute: simul et filius
eius Rampses, et ipse habens magnum exercitum. Et con-
grexi contra pastores atque pollutos, uicerunt eos: et multis
caesis persecuti sunt eos usque ad Syriæ fines. Hec equidem et
huiusmodi Manethon conscripsit. Quia uero anilia loqui-
tur deliramenta, atque mentitur, aperta ratione monstrabo:
illud primò distinguens, quod postea referendum est. Is enim
concessit nobis, atque profissus est, quod ab initio non fuerint

Aegyp

Aegyptij genere, sed extrinsecus illuc aduenissent, et Aegyptum obtinuerint, et ex ea rursus egressi sint nostri progenitores. quod uero nobis postea permixti non sunt Aegyptij corpore debilitati: et quod ex his non fuit Moses, qui populum eduxit ex Aegypto, sed ante multas generationes extitit, per ea que ipse dixit, conabor ostendere. Primam itaq; causam posuit figmenti ridiculam. Rex enim, inquit, Amenophis concupiuit uidere Deos. quos putas? siquidem qui apud eos solennes erant, Bohem, et Hircum, et Crocodilos, et Cyanocephalos, uidebat. cœlestes autem quomodo poterat? et cur hoc habuit desiderium? quia utiq; et prior rex alter hos uidet? Ab illo ergo audiens, quales essent, et quemadmodum eos uidisset, noua nequaquam egebat arte: sed forte sapiens erat ille uates, per quem haec rex posse agere confidebat. quod si ita fuisset, quomodo impossibilium concupiscentiam non presciuit? non enim euenit quod uoluit. Proinde quam rationem habere potuit, ut propter mutilos aut leprosos ei invisibiles essent? Irascuntur enim propter impietas, non propter corporum uitia. Deinde, tam multa milia leprosorum et male habentium, una penè hora quomodo fuit possibile congregari? aut quomodo rex non obediuit uati? Ille namq; præcepit debiles Aegyptios exilio deportari. Hic autem eos ad sectiones lapidum destinauit, tanquam operarijs indigens, et non purgare prouinciam uolens. Ait autem quod uates semetipsum perenit, præuidens Deorum iram, et quæ erant in Aegypto futura, et conscriptum librum regi reliquit. Proinde quomodo ab initio uates etiam suum interitum non presciuit? quomodo non repente regi contradixit uolenti uidere Deos? aut qua ratione timebat, iam non sui temporis calamitates? aut quid nam grauius imminebat, quod morte præueniret? Quod uero inter omnia stultius est, uideamus: Audiens enim haec,

inquit, et de futuris iam metuens, debiles illos quibus Aegyptum purgare debuerat, neq; tunc de prouincia pepulit: sed rogantibus eis, sicut ait, ciuitatem dedit dudum a pastoribus habitaram: quæ uocabatur Auaris. Ad quam congregati: Principem, inquit, delegere ex sacerdotibus Heliopolitanis: qui eis legem posuit, ut neq; Deos adorarent, neq; ab Aegyptiis festiuicatis animalibus abstinent, sed omnia perimerent, atq; consumerent, nulliq; penitus miscerentur, nisi cum quibus coniurati esse uidebantur: et iure iurando multitudine obligata, quatenus in eis legibus perdurarent, Auarim ciuitatem munitam contra regem dicit eos bello sumpfisse. Adiecit autem, quia misit Hierosolymam rogans illos pro auxiliis exhibendis, et daturum Auarim compromittens, quæ foret ex Hierosolymis uolentium exire maiorum: et ex qua procedentes omnem Aegyptum obtinerent. Deinde subiungit illos quidem uenisse cum ducentis milibus armatorum. Regem uero Amenophin Aegyptiorum, cum nollet repugnare Deo, mox ad Aethiopiam refugisse, et Apim cum alijs sacris animalibus deuexisse. Hierosolymitas uero inuasione facta, et ciuitates depopulatos, et templa concremasset, et equestres peremisset: et nulla iniuritate aut crudelitate abstinuisse. Qui uero politiam ex leges eis exhibuit: Sacerdos, inquit, erat genere Hieropolites, nomine Orsaphius, uocatus ab appellatione Osireos Heliopolitan Del: et mutato nomine dictus postea Moses. Tertiodecimo uero anno Amenophin, postquam regno pulsus est, ex Aethiopia profectum cum multis milibus dicit: et congressum contra pastores atq; pollutos, habita confictione, uicisse. Et multos interficienter, usq; ad fines Syriae percutum. In his iterum non intellexit sine uerisimilitudine se mentiri. Leprosi namq; et cum eis multitudo collecta debilitum, licet primitus irascerentur regi, circa se utiq; talia facienti secund

secundum premonitionem uatis, tamen cum à sectione lapidum sunt egressi, et prouinciam perceperere, omnes circa eum mitiores effecti credendi sunt. Porro si adhuc et illum odio habebant, seorsum magis insidiari potuissent, non omnibus bellum inferre, cum scilicet plurimi existentes multorum illic cognationes haberent. Proinde etiam si contra homines pugnare decreuerent, non tamen contra Deos impietatem gerere presumebant: nec contraria suis agere legibus, in quibus educati esse noscuntur. Oportet itaque nos Manethoni gratias agere: quoniam huius iniquitatis principes dicit, non eos qui ex Hierosolyma sunt egressi, sed illos ipsos Aegyptios esse probat, et maxime sacerdotes, atque iuris iurandi uinculum illorum multitudine conuenisse. Illud autem quomodo non irrationaliter est: Domesticonrum quidem et amicorum nemo cum illis rebellauit, nec periculorum belli particeps factus est: sed misere maculatos ad Hierosolymam, ut ab eis auxilia poscerent. quanam amicitia aut societate intercedentes hostes enim magis erant, et moribus plurimum differebant. At illi confestim (ut ait) uocantibus morem gesserunt, nempe inducti pollicitationibus, quod Aegyptum occupaturi essent: quasi ipsi non admodum eius regnis gnari essent, ex qua per uim pulsi fuerant. qui si tum misserant aut egenam uitam egissent, merito fortasse negotium aggressi essent. cum autem urbem habitarent fortunatam, et agrum amplum meliorem Aegypto colerent, quid tandem erat, cur ob ueteres hostes, eosque corporibus affectis, quales nemo domesticos ferat, periculum adirent: neque enim futuram regis fugam presciebant. nam (ut ipse dixit) filius Amchnophis cum trecentis milibus ad Pesulum occurrebat. et hoc quidem omnino sciebant, qui proficisciabantur: mutationem uero propositi et fugam unde coniectare poterant? Deinde occupatis horreis Aegypti, multa mala fecisse ait Hierosolymitanum exercitum

citum: atq; hæc eis exprobrat: quasi non hostes eos induxit
 set: aut quasi hæc sint aliunde accito militi obijcienda, cum ea
 dem ante aduentum eorum fecissent, facturosq; se iurassent ipsi
 Aegypti. Quintam aliquanto post Amenuphis hostes ag-
 gressus prælio uicit: fusosq; ac fugatos Syriam usq; persecutus
 est. adeò scilicet Aegyptus est omnibus undecunq; inuaden-
 tibus captu facilis: & qui tunc ea iure belli potiebantur, cum
 scirent Amenuphin uiuere, neq; aditus ab Aethiopia communi-
 nuerant, multas ad hoc commoditates habentes, neq; alioqui
 copias contraxerant. Ille uero usq; Syriam trucidans eos (ut
 ait) persecutus est per areuosa & inaquosa loca. Scilicet ea
 uel quieto exercitu transire expeditum est. Igūt autore Ma-
 nethone neq; ex Aegypto genus nostrum oriundum est, neq;
 illinc aliqui admixti sunt. Leprosorum enim & morbidorum
 multos in lapidicinis perisse uerisimile est, multos in prælijs,
 plurimos uero postremo & in fuga. Supereft ut de Moysē illi
 contradicam. Hunc uirum mirandum Aegypti & diuinum
 existimant, sed non sine blasphemia incredibili sibi vindicare
 conantur: dicentes Heliopoliten esse unum sacerdotam, ob le-
 pram cum alijs pulsum. O stenditur autem in ratione tempo-
 rum, D X V I I I . annis prior fuisse, & patres nostros ex Ae-
 gypto in regionem quam nunc tenemus eduxisse. Quod uero
 eiusmodi calamitatis corpus expers habuit, ipsius dicta indi-
 cant. Leprosis enim & oppidis & uicis interdixit, ut seorsim
 in lacero uestitu agant: & eum qui eos attigisset, aut sub idem
 tectum successisset, pro impuro habet. Quin etiam si eo mor-
 bo liberari, & in pristinum restitui contingat, præscripsit cer-
 tas purificationes, mundationes per fontanarum aquarum la-
 uacra, & omnium pilorum abrasiones: multisq; et uarijs sa-
 crificijs peractis, tum demum sanctam urbem adeundam. At-
 qui contrà par erat eum, qui talem calamitatē expertus esset

provid

providentiam aliquam, ac humanitatem exhibere simili in -
fortunio presbis. Non solum autem de leprosis sic leges tulit,
sed ne minima quidem corporis parte mutilatos ad sacrorum
curam admisit. Sed etiamsi iam sacerdoti aliquid tale accidis-
set, honore eum priuauit. Quomodo igitur uerisimile est illum
bas aduersus semetipsum cum opprobrio suo dāmnoq; tutisse
leges? Quin ex uomen ualde incredibiliter mutauit. Osariph
enim (inquit) uocabatur. Hoc ad transmutationem nihil qua-
drat. Verū autem nomen significat ex aqua seruatum Moy-
sen: nam aquam Aegyptij Moy uocant. Satis igitur declara-
tum existimò, quod Manethon quatenus ueterum scripta se-
quuntur, non multum à ueritate aberrat. Vbi uero ad uulgares
fabulas se uertit, aut absurdè eas confingit, aut in odium gen-
tis loquentibus credit. Post hunc inquirere libet in Cheremo-
nem. Hic enim Aegyptiacam se scribere historiam professus,
addens idem nomen regis quod Manethon, Amenophin, ex
filium eius Rhameffen, ait. Isidem in somnis Amenophi appa-
ruisse, incusantem quod templum suum per bellum dirutum af-
set. Phritiphanten uero sacrum scribam dixisse, si à pollutis
hominibus Aegyptum repurget, liberandum cum à nocturnis
terroribus: atq; ita delectu uitiosorum, morbidorum' ue habi-
to, c c l. milia è finibus electa. Duces uero eorum fuisse scri-
bas Mosen, ex Iosephum, quem etiam sacrum scribam fuisse:
Aegyptia uero eis nomina esse, Mosi Tisithen, Iosepho Pete-
sephi. Hos Pelusium uenisse, ibiq; offendisse c c c l x x x. mi-
lia, ab Amenophi relicta, quæ us in Aegyptum transferre no-
luerat: cum his icto foedere contra Aegyptum expeditionem
habitam. Amenophin autem non expectato impetu eorum, in
Aethiopiam fugisse, relicta uxore grauida: quam delitescentem
in quibusdam speluncis enixa puerum nomine Messenen.
cum posteaquam ad uirilē etatem peruenisset, expulisse lu-
dæos

deos in Syriam numero circiter c. c. milia, & patrem Amenophin ex Aethiopia recepisse. Et haec quidem Chæremon. Reor autem ex his ipsis quæ acta sunt amborum uanitatem apparere. Si quid enim ueritatis subesset, impossibile erat in tantum eos discrepare. at qui mendacia componunt, non aliorum scriptis consona scribunt, sed quæ ipsis libet confingant. ille igitur regiam cupiditatem uidendi Deos, ait initium fuisse pollutos ejiciendi. Chæremon autem suum de Iside somnum finxit. & ille quidem Amenophin dicit indixisse regi purgationem: hic uero Phritiphauten. iam multitudinis numerus sanè bellè congruit, illo lxx. milia referente, hoc ccl. Preterea Manethon primum in lapidicinas eiectos pollutos, deinde ad Auarim habitandam traductos, ac reliqua Aegypto bello uexata, tum demum acciuisse dicit à Hicrosolymitis auxilia: Chæremon, Aegypto decedentes circa Pelusium inuenisse ccc = lxx. milia hominum ab Amenophi relicta, ac cum illis rurus Aegyptum inuasisse: Amenophinq; in Aethiopiam fugisse. Quod uero egregium est, ne illud quidem, quinam & unde erant tam numerosus exercitus dixit, Aegyptij ne an externi: neq; causam indicauit, ob quam eos rex in Aegyptum inducere noluit: qui de leprosis & Iside somnum confinxit. Mosi uero & Iosephum, quasi eodem tempore simul expulsum Chæremon adiunxit, & quidem quatuor etatibus ante Moysen defunctum, quarum sunt anni ferè c. lxx. Quin & Rhamesses Amenophis filius, secundum Manethonem quidem adolescens bellum administrat cum patre, & cum eodem exulat fugi elapsus in Aethiopiam. Hic autem fingit eum post patris abitum in spelunca quadam natum, & postea prælio uictorem, & Iudeos in Syriam expellentem numero circiter ccc. milia. O' facilitatem. neq; enim prius quinam erant illa ccc lxx. milia. dixit, neq; quomodo cccccxxx. milia perierint: in acie ne cecid

eccederint, an ad Rhamessen transfugerint. quod uero maxime mirum est, ne cognoscere quidem ex eo licet, quosnam uocet Iudeos, uel utris eorum det hanc appellationem: illis ne CCCL milibus leprosorum, an his CCCLXXX milibus, quae circa Pelusium erant. Sed stultum fortasse sit redarguere eos, qui à semetipsis redarguti sunt. ferendum enim erat utcunq; si ab alijs coarguti fuissent. His addam Lysimachum, idem quidem habentum cum prædictis argumentum mendacij, uerum enormitate figmenti illos uincentem. unde apparet cum magno odio confinxisse. dicit enim: Qua tempestate Bocchoris in Aegypto regnabat, populum Iudeorum, quod essent lepra, scabies, & alijs quibusdam morbis infecti, ad tempula configuisse, ut mendicato alerentur. multis autem hominibus morbo corruptis, sterilitatem in Aegypto accidisse. Bocchorim uero Aegyptiorum regem ad Ammonem, scitatum oracula de sterilitate, misisse. responsum uero à Deo, repurganda esse tempula ab hominibus impuris & impijs, electis eis è templis in loca deserta. Ceterum scabiosos, ac leprosos mergendos, tanquam sole horum uitam ægrè ferente: & tempula expianda: atq; ita fore ut terra fructum ferat. Bocchorim autem accepto oraculo, accersitisq; sacerdotibus ac sacrificis, iussisse collectis impuratis, hos militibus tradi deportandos in desertum: leprosos uero ac impetiginosos plumbeis laminis inuolutos in pelagus deiici. quibus submersis, reliquos congregatos & in loca deserta expositos esse, ut perirent. eos habitu concilio consultasse de seipsis: & nocte superueniente, accensis ignibus, ac lucernis custodias agitasse: sequentiq; nocte ieunatum, ut numen propitium eos seruaret. In sequenti uero luce à Mose quodam consilium datum, irent conferti una via, usq; dum ad loca culta peruenirentur. tum precepisse eum, ne cui hominum in posterum benevoli essent, utq; consilium malum potius quam bonum darent:

Deo

Deorumq; templo & altaria quotquot inuenient, euerterent.
 quibus comprobatis, ac destinatis, multitudinem iter fecisse per
 desertum, ac post multa incommoda tandem ad loca culta per-
 ventum. tum uero & hominibus iniuriosè tractatis, & fanis
 compilatis ac incensis, uenisse in eam, quæ nunc Iudea dici-
 tur: conditaq; ciuitate hic habitare, urbem uero Ἰερόσολα ex re
 nominatam. Aliquanto autem post iam auctos viribus mutasse
 nomen uitandi probri gratia: & urbem Hierosolyma, seipso
 Hierosolymos vocasse. Hic non eundem quem illi, inuenit
 regem, sed recentius nomen confinxit: & omisso somnio ac
 propheta Aegyptio ad Ammonem abiit de impetiginosis &
 leprosis responsum relaturus. ait enim ad templo collectam
 multitudinem Iudeorum, incertum lepros'ne nomen impo-
 nens, an quod solos Iudeos morbus occuparit. dicit enim, po-
 pulus Iudeorum. Qualis, aduena, an indigena? Cur igitur eos
 cum sint Aegyptij, Iudeos vocas? Quod si hospites sunt, cur
 undenam sint non dicis? Quomodo autem cum rex tam mul-
 tots ex his mari merisset, reliquos in loca deserta eieisset, tan-
 ta multitudo superfuit? aut quomodo pertransierunt desertum,
 & occupauerunt regionem, quam nunc tenemus, & conuide-
 runt urbem, & extruxerunt templum apud omnes celebre?
 oportebat autem de legislatore non solum nomen dicere, sed
 & genus, quisnam, & ex quibus ortus. quamobrem uero ta-
 les eis inter eundum aggressus sit ferre leges, de Dijs, etiam er-
 ga homines iustas. Siue enim Aegyptij erant genere, non
 tam facile patrios mores mutare potuissent: siue aliunde erant,
 omnino alias habebant leges longa consuetudine obserua-
 tas. Si igitur de expulsoribus suis iurassent, nunquam se illis
 fore beneulos, rationem non absurdam habuissent. Quod si
 bellum internecinum aduersus uniuersos mortales suscepissent,
 cum essent (ut ipse ait) miseri, & omnium opis egeni, maxima
 fuit

stultitia non illorum, sed hæc fingentis ostenditur. Iste namque
etiam nomen impositum ciuitati à templorum spoliatione, præ-
sumpsit dicere, ex hoc postea fuisse mutatum. Mirum ni, quia
postoris quidem turpe fuit tale nomen ex odiosum: ipsi uero qui
fundauere urbem, ornare semei ipsos etiam uocabulo credidere.
Hic autem generosus uir prenimia detractionis impotentia non
intellexit, Hierosolyma non idem uoce Iudaica quod Graeca si-
gnificare. Quid ergo amplius quilibet diceret contra mendac-
ium tam imprudenter expositum? Sed quoniam congruam iam
magnitudinem suscepit hic liber, aliud faciens principium, cetera
præsentis operis explanare tentabo.

FLAVIUS IOSEPHUS

PHI HEBRAEI SACER-

dotis de Antiquitate Iudaica contra

Apionem grammaticum Alc-

xandrinum liber

secundus.



RIORI quidem uolumine, charissime mihi Epaphrodite, de antiquitate nostra monstraui, Phœnicum, ex Chaldeorum, Aegyptiorumque; literis satisfaciens ueritati: multosque; Gr̄corum conscriptores adducens, ex meam e diuerso disputationem aduersus Manethonem, ex Chæremonem, ex aliis quosdam exhibui. Nunc autem inchoabo reliquos arguere, qui contra nos aliqua conscripsere. Impulsus enim sum contra Apionem respondere grammaticum, si tamen assumi hoc oportet officium. Horum igitur, que ab eo conscripta sunt, alia quidem similia sunt dictis aliorum, alia ualde frigida. Plurima uero quandam tantummodo detractionem habent

tientes autem pariter, & de nostro templo blasphemias conponentes incongruas, non se putant impie agere: cum sit unde turpissimum liberis, qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion presumpsit edicere, asini caput collocasse Iudeos, & eum colere, ac dignum facere tantam religionem: & hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes & expoliasset templum, & illud caput inuenisset ex auro compositum multis pecunijs dignum. Ad hoc igitur primum quidem respondeo, quoniam Aegyptius vel si aliquid tale apud nos fuisset, nequaquam debuerat increpare, cum non sit deterior asinus furonibus & hircis & alijs, qui sunt apud eos dij. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatu de incredibili suo mendacio. Legibus manque semper utimur iisdem, in quibus sine fine consistimus. Et cum uarij casus nostram ciuitatem sicut etiam aliorum uexauerint, & Theos ac Pompeius Magnus, ac Licinius Crassus, & ad nouissimum Titus Caesar, bello uincentes obtinuerint templum, nihil huiusmodi illic inuenire: sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alias effabile. Quia uero Antiochus neque iustum fecit templi depradationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, cum non esset hostis, & socios insuper nos suis & amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic inuenit, multi & digni conscriptores super hoc quoque testantur: Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, & Castor chronographus, & Appollodorus: qui omnes dicunt pecunijs indigentem Antiochum transgressum foedera Iudeorum, & spoliasse templum auro argentoque plenum. Hec igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, & impudentiam canis, qui apud ipsos assulet colli: neque enim extrinsecus alia ratiocinatione
mentitus

mentitus est. Nos itaq; asinis neque honorem neq; potestatem aliquam damus, sicut Aegyptij crocodilis & aspidibus: quando eos qui ab ipsis mordentur, & à crocodilis rapiuntur, felices & Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibi metu imposita sustinentes. Et si ad arcas accedentes comedant, aut proposita non admpleant, multas ualde plagas accipiunt, quae ppe operibus & ad agriculturam rebus necessarijs ministrantes: sed aut omnium rudissimus fuit Apion ad componendum uerba fallacia, aut exerte ex rebus initia sumens, hec implere non ualuit, quando nubila potest contra nos blasphemia prouenire. Alteram uero fabulam, derogatione nostra plenam, de Grecis apposuit: de quo hoc dicere sat erit, quoniam qui de pietate loqui presumunt, oportet eos non ignorare minus esse immundum per templu transire, quam sacerdotibus scelestia uerba confingere. Iste uero magis studuere defendere sacrilegum regem, quam iusta & ueracia de nostris & de templo conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari & perfidiam ac sacrilegiam eius tege-re, quo circa gentē nostrā est usus propter egestatem pecuniorum, detrahētes nobis etiam que in futuris essent, mentiri sunt. Propheta uero aiorū factus est Apion, ex dixit Antiocham in templo inuenisse lectū, ex hominē in eo iactētem, ex apposuam ei mensulam maritimis terrenis uolatiliū daptivis plenam, ex quod obstuپisset his homo. Illum uero mox adorasse: regis ingressum, tanquam maximam sibi uipem prebitum ad procidentem ad eius genua, extensa dextera poposcisse libertatem: & iubente rege ut consideret, ex diceret quis esset: uel cur ibidem habitaret, uel que esset causa ciborum eius, tunc hominem cum gemitu & lachrymis lamentabiliter suam narrasse necessitatem. Ait, inquit, esse se Gr̄ecum: ex dum peragraret prouinciam parandi uictus causa, correptum sesubito ab alie

causam, cur sabbatum nominatum sit. Exacto enim (inquit) sex dierum itinere, inguinum ulceribus affecti sunt: et hac de causa septima die quieuerunt, incolumes constituti in regione que nunc Iudea vocatur. et appellauerunt eam diem sabbatum, seruata Aegyptiorum uoce, nam inguinis morbum Aegyptiis uocant sabbatosim. An non igitur uel deridenda haec nuzacitas, uel contraria odio habenda talis in scribendo impudentia? Apparet enim quod omnes inguinibus laborauerint, hominum milia c. et x. Atqui si erant ceci et claudi et morbidi, quales fuisse Apion ait, ne unius quidem iter diei progedi potuissent: sin autem poterant per magnam solitudinem proficiisci, prætereaq; sibi obſistentes uincere populariter repugnando, nequaquam uniuersi post sextam diem inguinum morbo correpti fuissent. Neque enim naturaliter tale quidpiam euenire iter agètibus necesse est, sed plurimorum milium exercitus definita semper itinera peragunt: neque temere ita accidisse ueri simile uidetur. est enim omnino absurdum. At uero mirificus hic Apion sex quidem diebus eos peruenisse in Iudeam prædictit: rursus autem Mosen conſenso monte, qui Aegyptum inter et Arabiam situs est nomine Sinaeus x l. diebus delituisse dicit, indeq; descendenter Iudeis leges dedisse. Atqui quomodo possibile est, eosdem et x l. dies in deserto ac in aquoso loco manere, et quod in medio spatium est, id totum sex diebus pertransire? Sabbati uero appellationis grammatica ratio, quam ad fert, multam impudentiam pre fert, uel certe magnam imperitiam. Nam hæ uoces, Sabbo et sabbatum, inter se maximè differunt. Sabbatum enim secundum Iudeos quies est ab omni opere: Sabbo uero, ut ille affirmat, Aegyptiis inguinum morbum significat. Tales quasdam de Mose et Iudeorum ex Aegypto profectione Aegyptius Apion nouitates finxit, preter aliorum commentius autoritatem. Et

tum hominem quicunq; fuit (non enim suo nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam rex non cum pompa deduxit? dum posset hoc faciens, ipse quidem putari pius, et Græcorum amator eximus, assumere uerò contra Iudeorum odium auxilia magna cunctorum. Sed hæc relinquo: insensatos enim, non uerbis sed operibus decet arguere. Sciunt igitur omnes, qui uidere constructionem templi nostri, qualis fuerit, et intransgressibilem eius purificationis integratatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, et harum singule propriam secundum legem habuere custodiam. In exteriorem itaq; ingredi licentia fuit omnibus etiam alienigenis: mulieres tantummodo menstruatæ transire prohibebantur. In secundam uerò porticum cuncti Iudei ingrediebātur: eorumq; coniuges cum essent ab omni pollutione mundæ. In tertiam, masculi Iudeorum mundi existentes atque purificati. In quartam autem sacerdotes, stolis induiti sacerdotalibus. In adytum uerò soli principes sacerdotum, propria stola circumamicti. Tanta uerò est circa omnia prouidentia pietatis, ut secundum quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Mane etenim aperto templo, oportebat facientes traditas hostias introire: et meridie rursus, dum clauderetur templum. Deniq; ne uas quidem aliquod portari licet in templum, sed erant in eo solummodo posita, altare, mensa, thuribulum, candelabrum, que omnia et in lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neque mysteriorum aliorum ineffabilium agitur, neque intus ulla epulatio ministratur. Hæc enim quæ prædicta sunt, habent totius populi testimonium manifestum, rationemq; gestorum. Licet enim sine tribus quatuor sacerdotum, et harum tribuum singule habeat hominum plusquam quinq; millia, sit tamen obseruatio particulariter per dies certos: et his træsactis, alijs succedentes ad sacrificia ueniunt: et congregati in templum mediante die à preced

Igitur si legit epistolas Alexandri regis Ptolemei^q; Lagi & successorum illius Aegypti regum, & columnam stantem Alexandris ac iura continentem, quæ Cæsar magnus Iudeis concessit: hæc inquam si sciens, contraria scribere ausus est, malus erat: sin autem nihil horum nouit, indoctus. Illud quoq; quod se mirari dicit, quod cum Iudaï essent, Alexadrini uocati sunt, similius in scientia est. Omnes etenim, qui ad coloniam aliquam deuocantur, & si plurimum ab alterutris genere differant, à conditoribus appellationem accipiunt. Et quid opus est de alijs dicere? nostrorum enim ipsorum hi, qui Antiochiam inhabitant, Antiocheni nominantur. Ius enim ciuium eis dedit conditor Seleucus. Similiter & qui in Epheso commorantur, & alia Ionia cum ciuibus exinde natis eandem appellationem habent, hæc præbentibus eis regni successoribus Romanorum uero clementia, cunctis non parvulum donum appellationis sue concepsit, non solum uiris singulis, sed etiam maximis gentibus in communii. Hispani denique antiqui, & Tyrrheni, & Sabini, Romani uocantur. Si uero hunc modum auferit cõmunis ciuitatis Apion, desinat semetipsum Alexandrinum dicere. Natus enim in intima Aegypto, quomodo erit Alexandrinus, iure ciuitatis, sicut ipse in nobis dicit, ablato? cum solis Aegyptijs nunc orbis domini Romani, participari cuiuslibet ciuitatis interdixisse videatur. Hic autem præclarus dignates quas ipse impetrare prohibetur adipisci non ualens, calumniari conatur eos qui hec iustissime percepere. Non enim propter inopiam habitorum ciuitatis, quam studiose ædificabat Alexander, nostrorum aliquosibi collegit: sed omnes approbans diligenter ex uirtute, ac fide dignos inueniens, hoc præconium nostris exhibuit, cum gentem nostrā studeret non mediocriter honorare. Ait enim Hecateus, quia propter mansuetudinem, atq; fidem, quam ei præbuere Iudei, Samariam regionem adiecit, ut

sunt, conscribit: et ciuitates nesciens transfert. Idum ea enim prouinciae nostrae confinis est, posita iuxta Gazam, et nulla ciuitas huius Dora nuncupatur. In Phoenice uero iuxta montem Carmelum Dora ciuitas appellatur, in nullo concordans Apionis oblocutionibus. Quatuor enim dicrum itinere procul est a Iudea. Cur itaq; nos rursus accusat, eò quod non habeamus communes cum alijs Deos, si sic facile credidere patres nostri ad se uenturum Apollinem, et cum stellis eum ambulare super terram putauere? Lucernam enim prius nunquam uidere scilicet, qui tot et tanta concelebrant candelabra. Sed nec aliquis ei ambulati per prouinciam ex tantis milibus obuiavit. Desolatos etiam uicos custodibus comperit, et hoc tempore belli. Cætera iam relinquo. Ianue uero templi altitudine quidem erant cubitorum sexaginta, latitudine uero uiginti, omnes deauratae, et penè auro puro confectæ. Has claudebat non minus quam uiri ducenti diebus singulis: et relinquere eas apertas, nefandissimum nimis erat. Facile igitur eas lucernifer ille aperuisse creditur, qui solus etiam habuisse astini caput existimabatur: quapropter dubium est, utrum hoc caput Zabidus denuo reuocauit: an certè sumens Apion, introduxit in templum, ut Antiochus inueniret, ut secundo Apioni aliquem mentiendi daret occasionem. Mentiatur autem et de iuramento, quod iuremus per Deum factorem caeli et terre et maris, nulli Iudeos fauturos alienigenæ, et maximè Græcis. Oportebat autem mentientem absolute dicere, nulli fauturos alienigenæ, et magis Aegyptijs: sic etenim ab initio poterant eius figmenta de iureuando congruere, si ab Aegyptijs utique patres nostri non propter malignitatem suā, sed propter calamitates expulsi sunt. A Græcis autem plus locis quam studijs sumus abiuncti, ita ut nulle inter nos et illos inimicitæ et emulationes esse noscantur. Ediuerso namque multos eorum ad nostras leges contigit accessisse, quorum quidam

perditionis instaret, istorum labore ciuitas intestinis prelijs
erepta. Sed postea, inquit, Onias ad urbem deduxit exercitum
paruum, cum esset illuc Thermus praesens Romanoru legatus;
quod (ut ita dicam) recte atq; iuste factum est. Ptolemeus enim
qui cognominatus est Physcon, moriente suo patre Ptolemaeo
Philometore, egressus est de Cyrene, uolens reginam Cleopatram
expellere, et filios regis, ut ipse regnum iniuste sibimet
applicaret: propter hanc ergo Onias aduersus eum bellum pro
Cleopatra suscepit: ex fidem quam habuit circa reges, ne qua-
quam in necessitate deseruit. Testis autem Deus iustitiae eius ma-
nifestus apparuit. Nam Physcon Ptolemaeus cum aduersum
exercitum quidem Onie pugnare präsumeret, omnes uero Iu-
deos in ciuitate positos cum filiis et uxoribus capiens, nudos
atq; uinctos elephantis subieccisset, ut ab eis conculcati defice-
rent, et ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium que
præparauerat, eueneret. Elephanti enim relinquentes sibi appo-
fitos Iudeos, impetu facto super amicos eius, multos ex ipsis
interemere. Et post hanc Ptolemaeus quidem aspectum terribilem
contemplatus est, prohibentem se ut illis noceret hominibus.
Concubina uero sua charissima, quam alij quidem Ithacam, alij
uero Hirenem denominant: supplicante ne tantam impietatem
perageret, et concepit, et ex his que egerat uel acturus erat,
poenitentiam egit. Vnde recte hanc diem Iudae Alexandriæ
constituti, eò quod aperte à Deo salutem promeruere, celebrare
noscuntur. Apion autem omnium calumniator, etiam propter
bellum aduersus Physconem gestum, Iudeos accusare præ-
sumpsit, cum eos laudare debuerit. Is autem etiam ultime Cleo-
patrae regine Alexandrinorum meminit, ueluti nobis impro-
perans, quoniam circa nos fuit ingrata: et non potius illam
redarguere studuit, cui nihil omnino iniustitiae et malorum
operum desuit: uel circa generis necessarios, uel circa maritos
suos,

suos, qui etiam dilexerint eam, uel in communi contra Romanos omnes, & benefactores suos imperatores: quæ etiam sororem Arsinoën occidit in templo, nihil sibi nocentem. Peremit autem & fratrem insidijs: paternosq; deos, & sepulchra progenitorum depopulata est. Percipiēsq; regnum à primo Cæsare, eius filio & successori, rebellare præsumpsit. Antoniumq; corrumpeus amatoris rebus, & patriæ inimicum fecit, & infidelem circa suos amicos instituit, alios quidem generare regali spolians, alios autem demens ad mala gerenda compellens. Sed quid oportet amplius dici, cum illum ipsum in naturali certamine relinquens, id est, maritum & parentem contrarium filiorum, tradere cum exercitu principatum & se sequi coegerit? Nouissime uero Alexandria à Cæsare capta, ad hoc usque perducta est, ut saltem hinc sperare se iudicaret, si posset ipsa manu sua Iudeos perimere: eò quod circa omnes crudelis & infidelis extaret. Putas ne gloriandum nobis non esse, si quemadmodum dicit Apion, famis tempore Iudeis triticum non est mensa? Sed illa quidem poenam subiit competentem. Nos autem maximo Cæsare utimur teste auxilijs atque fidei quam circa eum contra Aegyptios gesimus: necnon & senatu eiusq; consultis, & epistolis Cæsaris Augusti, quibus nostra merita comprobantur. Has literas Apionem oportebat inspicere, & secundum genera examinare testimonia sub Alessandro facta, & omnibus Ptolemeis, & quæ à senatu constituta sunt, necnon & maximis Romanis imperatoribus. Si uero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuriae frumentorum, non accusatio Iudeorum. Quid enim sentiant omnes imperatores de Iudeis in Alexandria commoratis, palam est. Nam administratio tritici nihilominus ab eis, quam ab alijs Alexandrinis translata est. Maximam uero eis fidem

olim à regibus datum conseruauere, id est, fluminis custodian, totiusq; custodie, nequaquam his rebus indignos esse iudicantes. Sed super hoc: quomodo ergo, inquit, si sunt ciues, eosdem deos, quos Alexandrini, non colunt? Cui respondeo. Quomodo etiam cum uos sitis Aegyptijs, inter alterutros prælio magno et sine foedere de religione contenditis? An certe propterea non uos omnes dicimus Aegyptios, et neque communiter homines, quoniam bestias aduersantes naturæ colitis, multa diligentia nutrientes: cum genus utiq; nostrorum unum atque idem esse uideatur. Si autem in uobis Aegyptijs tante differentia opinionum sunt, quid miraris super his, qui aliunde in Alexandriam aduenerunt, sileibus à principio constitutis, circa talia permanescere? Is autem seditionis causas nobis apponit: qui si cum ueritate ob hoc accusat Indeos in Alexandria constitutos, cur omnes non culpare posset, eò quod noscamur habere concordiam? Porro etiam seditionis autores, quilibet inueniet Apionis sinuiles Alexandrinorum fuisse cines. Donec enim Græci fuere et Macedones hanc ciuitatem habentes, nullam seditionem aduersus nos gessere, sed antiquis cessere solennitatibus. Cum uero multitudo Aegyptiorum creuisset inter eos, propter confusiones temporum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrum uero genus permanit purum. Ipsi igitur molestiae huius fuere principium, nequaquam populo Macedonicam habente constantiam, neque prudentiam Græcam: sed cunctis scilicet utentibus malis moribus Aegyptiorum, et antiquas inimicitiias aduersum nos exercentibus. E' diuerso nanque factum est, quod nobis improperare presunt. Nam cum plurimi eorum non opportune ius eius ciuitatis obtineant, peregrinos uocant eos qui hoc privilegium ad omnes impetrasse noscuntur. Nam Aegyptijs neque regum quisquam uidetur ius ciuitatis fuisse largitus: neq; nūc quilibet imperat

Sermonem. Reor enim fore manifestum, quia et ad pietatem
 et ad coniunctum uniuersalemque; humanitatem, insuper ad ius-
 titiam laborumque; tolerantiam, et ad contemptum mortis
 optimas leges positas habeamus. Rogo tamen lecturos, ut non
 cum inuidia exequantur huius operis lectione. Non enim pro-
 posui laudes conscribere nostrorum: sed aduersus eos, qui nos
 plurimum et fallaciter accusarunt, satisfactionem hanc puto
 esse iustissimam. Proinde accusationem Apollonius non conti-
 nue, sicut Apion, instituit, sed dispersim. Quippe qui aliquan-
 do quidem nos sine Deo et hominibus odiosis appellat, ali-
 quando uero formidinem nobis improperat: et e' diuerso, rur-
 sus aliquando de audacia gentis nostrae queritur. Dicit autem
 etiam stultiores Barbaris: et propterea nullum inuentum nos
 solos uite utile comperisse. Hec autem omnia manifeste redar-
 guuntur, dum uniuersa contra quam ab eo sunt dicta monstran-
 tur, et legibus imperata, et a nobis cum omni integritate ge-
 sta. Si uero coactus fuero facere mentionem legum contraria-
 rum apud alios constitutarum, in culpa illi sunt, qui nostras so-
 lennitates tanquam peiores cum aliorum conferunt. Quibus neu-
 trum puto remanere quod dicant: neque quia non eas habe-
 mus leges, quarum ego capita et summas ad redargendum
 positurus sum: neque quia non praecepue in legibus proprijs
 perduramus. Paulo ergo altius exorsus, uolo primum dicere,
 quod eis qui sine lege et ordine uiuunt, hi qui ordinis et comuni-
 um legum amatores extiterunt, et primi hoc inchoauerunt;
 recte mansuetudine atque uirtute prestare dicendi sunt. De-
 niq; conantur singuli eorum gesta sua ad antiquitatem referre,
 ut non imitatores aliorum uideantur existere, sed ipsi potius
 alijs legitime uiuendi duces fuisse. His igitur hunc in modum se
 habentibus, uirtus legislatoris est meliora considerare: et his qui
 usuri sunt legibus, quas posuerit, satisfacere, quia recte sunt.

tientes autem pariter, & de nostro templo blasphemias compонentes incongruas, non se putant impie agere: cum sit ualde turpisimum liberis, qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Apion præsumpsit edicere, asini caput collocasse Iudeos, & eum colere, ac dignum facere tantam religionem: & hoc affirmat fuisse depalatum, dum Antiochus Epiphanes & expoliasset templum, & illud caput inuenisset ex auro compositum multis pecunijs dignum. Ad hoc igitur primum quidem respondeo, quoniam Aegyptius uel sit aliquid tale apud nos fuisse, nequaquam debuerat increpare, cum non sit deterior asinus furonibus & hircis & alijs, qui sunt apud eos dij. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatuſ de incredibili suo mendacio. Legibus manque semper utimur ijsdem, in quibus sine fine consistimus. Et cum uarij casus nostram ciuitatem sicut etiam aliorum uexauerint, & Theos ac Pompeius Magnus, ac Licinius Crassus, & ad nouissimum Titus Caesar, bello uincentes obtinuerint templum, nihil huiusmodi illic inuenere: sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia uero Antiochus neque iustum fecit templi deprædationem, sed degestate pecuniarum: ad hoc acceſbit, cum non esset hostis, & socios insuper nos suos & amicos aggressus est; nec aliquid dignum derisione illuc inuenit, multi & digni conscriptores super hoc quoque testantur: Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadocx, Nicolaus Damascenus, Timagenes, & Castor chronographus, & Appollodorus: qui omnes dicunt pecunijs indigentem Antiochum transgressum fœdera Iudeorum, & spoliasse templum auro argentoque plenum. Hec igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, & impudentiam canis, qui apud ipsos assolet colli: neque enim extrinsecus alia ratiocinatione mentitus

mentitus est. Nos itaq; asini neque honorem neq; potestatem aliquam damus, sicut Aegyptij crocodilis & aspidibus: quando eos qui ab ipsis mordentur, & à crocodilis rapiuntur, felices & Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibimet imposita sustinentes. Et si ad arcas accedentes comedant, aut proposita non admiment, multas ualde plagas accipiunt, quippe operibus & ad agriculturam rebus necessarijs ministrantes: sed aut omnium crudelissimus fuit Apion ad componendum uerba fallacia, aut certe ex rebus initia sumens, hæc implere non ualuit, quando nulla potest contra nos blasphemia prouenire. Alteram uero fabulam, derogatione nostra plenam, de Græcis apposuit: de quo hoc dicere sat erit, quoniam qui de pietate loqui presumunt, oportet eos non ignorare minus esse immundum per tempora transire, quam sacerdotibus scelestis uerba configere. Iste uero magis studuere defendere sacrilegum regem, quam iusta & ueracia de nostris & de templo conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari & perfidiam ac sacrilegium eius tegere, quo circa gentē nostrā est usus propter egestatem pecuniarum, detrahētes nobis etiam que in futuris essent, mentiti sunt. Prophetā uero aliorū factus est Apion, & dixit Antiochum in templo inuenisse lectū, & hominē in eo iacētem, & appositam ei mensulam maritimis terrenisq; uolatiliū dapibus plenam, & quod obstupuisset his homo. Ilū uero mox adorasse regis ingressum, tanquam maximam sibi opem præbituri: ac præcedentem ad eius genua, extensa dextera poposcisse libertatem: & iubente rege ut consideret, & diceret quis esset; uel cur ibidem habitaret, uel quæ esset causa ciborum eius, tunc hominem cum gemitu & lachrymis lamentabiliter suam narrasse necessitatem. Ait, inquit, esse se Græcum: & dum peragraret prouinciam parandi uictus causa, correptum se subito ab alie

ab alienigenis hominibus, atque deductum ad templum, ex illius clusum illic, et à nullo conspicere, sed cuncta dapium apparatione saginari. Et primum quidem hec sibi inopinabilia beneficia uisa attulisse letitiam: deinde suspicionem, postea stuporem: postremum consulentem à ministris ad se accedenibus audisse legem ineffabilem Iudeorum, pro qua nutriebatur: ex hoc illos facere singulis annis quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem Græcum peregrinum, cumq; annuo tempore saginare: ex deductum ad quandam syluam, occidere quidem eum hominem, eiusq; corpus sacrificare secundum suas solennitates, et gustare ex eius uisceribus, et iuuirandum facere in immolatione Græci, ut inimicitias contra Græcos haberent: et tunc in quandam foueam reliqua hominis pereuntis abijcere. Deinde refert eum dixisse, paucos iam dies debitos sibimet superesse, atque rogasse, ut reueritus Græcorum deos, et superans in suo sanguine insidias Iudeorum, de malis eum circumstantibus liberaret. Huiusmodi ergo fabula non tantum omni tragedia plenissima est, sed etiā crudeli impudentia redundat. Non tamen à sacrilegio priuat Antiochum, sicut arbitrati sunt, qui hæc ad illius gratiam conscripsere. Non enim presumpsit aliquid tale, ut ad templum accederet: sed sic inuenit non sperans. Fuit ergo uoluntatibus inquis impius, et nihilominus sine Deo, quicquid iusserit mendacij superfluitas, quam ex ipsa re cognoscere ualde facilimum est. Non enim circa solos Græcos discordia legum esse dignoscitur, sed maxime aduersus Aegyptios et plurimos alios. Cuius enim regionis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari: ut aduersus solos Græcos renouata coniuratione per effusionem sanguinis ageremus: uel quomodo possibile est, ut ad has hostias omnes Iudei colligeretur, et tantis milibus ad gustandum uiscera illa sufficerent, sicut ait Apion: uel cur inuentum

tum hominem quicunq; fuit (non enim suo nomine conscripsit) aut quomodo cum in suam patriam rex non cum pompa deduxit? dum posset hoc faciens, ipse quidem putari pius, ex Grecorum amator eximius, assumere uero contra Iudeorum odium auxilia magna cunctorum. Sed hec relinquo: insensatos enim, non uerbis sed operibus decet arguere. Sciunt igitur omnes, qui uidere constructionem templi nostri, qualis fuerit, ex intransgressibilem eius purificationis integratatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, ex harum singule proprietiam secundum legem habuere custodiam. In exteriorem itaq; ingredi licentia fuit omnibus etiam alienigenis: mulieres tantummodo menstruatae transire prohibebantur. In secundam uero porticum cuncti Iudei ingrediebatur: eorumq; coniuges cum essent ab omni pollutione mundae. In tertiam, masculi Iudeorum mundi existentes atque purificati. In quartam autem sacerdotes, stolis induiti sacerdotibus. In adytum uero soli principes sacerdotum, propria stola circumamicti. Tanta uero est circa omnia prouidentia pietatis, ut secundum quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Mane etenim aperto templo, oportebat facientes traditas hostias introire: ex medie rursus, dum clauderetur templum. Deniq; ne uas quidem aliquod portari licet in templum, sed erant in eo solummodo posita, altare, mensa, thuribulum, candelabrum, que omnia ex in lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neque mysteriorum aliquorum ineffabilium agitur, neque intus ulla epulatio ministratur. Haec enim quae predicta sunt, habent totius populi testimonium manifestum, rationemq; gestorum. Licet enim sint tribus quatuor sacerdotum, ex harum tribuum singule habeat hominum plusquam quinq; millia, fit tamen obscuratio particulariter per dies certos: ex his tractatis, alijs succedentes ad sacrificia ueniunt: ex congregati in templum mediante die a preced

præcedentibus claves templi, & ad numerū omnia uasa perdipiunt, nulla re que ad cibum aut potum attineat in templum delata. Talia nanque etiam ad altaria offèrre prohibitum est, præter illa que ad sacrificia preparantur. Quid ergo Apionem dicimus, nisi nihil horum examinantem, uerba iucredula protulisse? Sed turpe est, historiæ ueram notitiam si proferre grammaticis non posse. Et sciens templi nostri pietatem, hanc quidem pretermisit. Hominis autem Græci comprehensionem finxit, & pabulum ineffabile, & ciborum opulentissimam claritatem: & peruios ingredientes, ubi nec nobilissimos Iudeorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Hæc ergo pesima est impietas, atq; mendacium spontaneum, ad eorum seductionem, qui noluerunt discutere ueritatem. Per ea siquidem mala ineffabilia, que prædicta sunt, nobis detrahere tentauere. Rursumq; tanquam piissimus deridet, adjiciens fabule inania facta. Ait enim illum retulisse, dum bellum Iudæi contra Iudeos haberent longo quodā tempore, ex aliqua ciuitate Iudeorum qui in ea Apollinem colebat uenisse ad Iudeos, cuius hominis nomen dicitur Zabidus: deinde eis promisisse traditurum se eis Apollinem deum Dorensum: uenturumq; illum ad nostrum templum, si omnes ascenderent, & adducerent omnem multitudinē Iudeorum. Zabidum uero fecisse quoddam machinamentum ligneum, & circumposuisse sibi, & in eo tres ordines infixisse lucernarum, & ita ambulasse, ut procul stantibus appareret, quasi stella per terram iter agens. Porro Iudeos inopinabili uisione obstruxisse, & longe constitutos tenuisse silentium. Zabidū uero multa quiete ad templum uenisse, & aureum detraxisse asini caput (sic enim urbane conscribit) & rursus Dorā uelociter aduenisse. Igitur & nos dicere possumus, quia asinum, hoc est senectipsum Apion grauat, & facit stultitia simul & mendacij oneratum. Loca nanq; que non sunt

Quis ergo principatus, quod regnum erit hoc sanctum, uel qui honor Deo potius cooperabitur, cum omnis quidem populus sit preparatus ad pietatem, summa uero diligentia sacerdotibus sit indicta, et uelut quedam festinatas gubernetur uniuersa respu. Cum enim mysteria sua numero paucorum dierum alienigenae custodire nequeant, ea uidelicet sacrificia nominantes, nos cum multa delectatione, et incomparabili uoluntate solennitatis opus per omne seruamus eum. Que igitur sunt precepta uel interdicta simplicia, sine nota dicamus. Primum quidem de Deo est, dicens: Deus habet omnia, perfectus, beatissimus, ipse sibi cunctisq; sufficiens, principium et medium et terminus: inter omnia operibus quidem et muneribus clarus, et omni re manifestior: forma uero et magnitudine nobis inenarrabilis. Omnis namque materies comparata ad huius imaginem, liget sit pretiosa, tamen pro nullo est: cunctaq; ars ad illius imitationis inuentum, extra artem esse cognoscatur: nihil simile neque uidemus neque possumus suspicari, neque coniugere. Sanctus est: uidemus eius opera, lumen, cœlum, terram, solem, lunam, flumina, mare, animalium rationes, prouentus fructuum: hec Deus fecit, non manibus neque laboribus, neque quibusdam indiguit sibi cooperantibus: sed ipso uidente bona repente facta sunt. Hunc homines conuenit uniuersos sequi, eumq; placare exercitatione uirtutis. Modus enim diuinæ placationis iste sanctissimus est. Vnum templum unius Dei, commune omnium communis Dei cunctorum. Gratum namque semper est omne quod simile est. Hunc placant quidem sacerdotes semper. Precedit uero istos primus secundum genus: qui ante alios sacerdotes sacrificabit Deo, custodiet leges, de dubijs iudicabit, et puniet legie conuictos. Huic quisquis non obedit, suppicio subiacebit, tanquam qui in ipsum Deum impie gesserit. Hostias immolat, non ad crapulam nostram uel ebrietatem attinentes. Hec enim non

placent Deo: que res occasio potius iniuriarum simul & ex-
pensarum est. Deus enim temperatos, ordinatosq; & boni ge-
neris diligit: & ut precipue sacrificantes caste uiuamus. In sa-
crificijs autem pro communi salute primum oportet orare, de-
inde singulos pro semelipfis, quoniam omnes socij sumus. Et
qui hoc cōsortium sue uite p̄eponit, maxime Deo gratus est.
Supplicatio uero fit ad Deum uotis ac precibus, non ut bona
preflet: hec enim ipse sponte contulit uniuersis, & in medio
depositus: sed ut haec suscipere ualeamus, suscipientesq; serue-
mus. Purificationes quoque in sacrificijs lex decreuit, à cubili-
lecto, à congressu uxorio, & alia multa, que conscribere lon-
gissimum est. Huiusmodi ergo de Deo, & eius placatione ser-
mo est, ipse autem simul etiam lex est. Quid autem de nuptijs?
Solam nouit lex permixtionem naturalem cum coniuge, si ta-
men filiorum causa procreandorum agatur. Masculorum uero
cum masculis ualde iudicauit inimicas: & tentantes talia mor-
te decreuit dignos. Nubere uero iubet, non respicientes ad do-
tem, neque uolenter arripere, sed neg; dolo uel fallacia suade-
re. Dispensationem uero potius fieri per eum, cuius noscitur es-
se potestatis, & per cogitationem opportunam. Mulier autem
inferior, inquit, est uiro per omnia. Obedit igitur non ad iniu-
riam, sed ut sit sub regimine constituta. Deus enim uiro potesta-
tem dedit. Cum hac ergo coire decet maritum solummodo. Alterius uero experientiam habere nequissimum. Si quis autem hoc
egerit, declinatio nulla mortis: neq; si fecerit uim virginis alte-
ri desponsatæ: neque si suaserit nuptæ, aut filios nutrienti. que
omnia lex precepit. uniuersis autem mulieribus interdixit, uel
celare quid natū est, uel alia machinatione corrumpere filios.
Infanticida enim esset animas demoliens, & genus immunuens.
Igitur si quis ad concubitum, corruptionemq; transierit, im-
mundus est. Oportet autem etiam post legalem commixtionem
uiri,

wiri , mulieres lauari. Hoc enim partem anime polluere iudicauit : inflata nanque corporibus vulneratur. Dumq; hoc fit, aquam propter purificationis causam talibus imperauit. Sed neque in filiorum nativitatibus concepsit epulationes aggregari, et fieri occasiones ebrietatis : sed temperatum esse repente principium, iusitq; literis erudiri propter leges, et nosse progenitorum actiones, ut actus imitentur : et cum legibus educati, neq; transgrediantur, neq; cogitationem ignorationis habere iudicentur. Prospexit autem etiam funeribus mortuorum, ut neq; sumptuosae ad sepeliendum celebrentur exequie, neque insignium fabrica sepulchrorum, sed necessaria quidem circa elationem funeris imperauit domesticos adimplere : omnibus autem iuuentibus legitimum esse constituit, ut aliquo moriente et concurrant, et gemitus lamentationis effundant. Purificari autem iubet etiam domesticos funere celebrato : ut longe procul sint, quasi uideantur mundi esse. Cum autem aliquis fecerit homicidium uel sponte uel inuitus, ne horum quidem poenam tacuit. Parentum honorem post Deum esse constituit : et qui non repensat eorum gratiae, sed in qualibet parte contristat, praecepit esse lapidandum. Iubet etiam omnibus senioribus honorem iuuenes exhibere, quoniam cunctis senior Deus est. Nihil permittit celandum apud amicos : non enim amictie sunt apud eum, cui omnia non creduntur. Et licet aliquis inimicitie prouenant, prodi tamen arcana prohibuit. Si quis autem arbitri munus acceperit, morte multatur, despiciens quod iustum est, et auxilium reis offerens. Quod quisquam non posuit, non auferat, et aliena non tangat. mutuans non accipiat usuras. Hec, et his multa similia , communionem continent nostrorum inter alterutros. Quomodo autem etiam de domestica cura circa alienigenas habenda docuerit legislator, referri dignum est. uidebitur enim omnibus optime prospexit cum,

Græcus si esset aut Macedo, hoc moleste ferret. Isti enim uouent sacrificare Hecatombas suis diis, et sacerdotibus utitur ad epulas. Quæ cum ita sint, non propterea contigit mundum animalibus desolari, quod Apion expauit. Qui tamen si solennitates Aegyptiorum sequerentur, mundus desertus quidem esset hominibus, ferociissimis autem bestijs impleretur: quas isti iudicantes deos, diligenter enutriunt. Quod si quis eum consuleret, quos putaret omnium Aegyptiorum esse sapientes atque deicos, sacerdotes sine dubio fateretur. Hæc enim duo dicunt sibimet ab initio à regibus esse præcepta, ut Deos colant, et sapientiam diligent: quod illi facere præcipue iudicantur: qui tamen ex circuncidunt omnes, et à porcinis abstinent cibis. Sed neque ullus alter Aegyptiorum cum eis diis sacrificare dignoscitur. Cæucus igitur fuit Apion quando pro Aegyptijs nostras detractiones componens, illos uidetur potius accusare: qui non solum utuntur solennitatibus, quas in nobis culpat iste: sed etiam alios circuncidi docent, sicuti dixit Herodotus. Vnde rectè mihi uidetur Apion propter patriæ suæ leges pœnas dedisse blasphemie. Etenim necessario circunciso, circa genitalia uulnera ei facta nihil profuerunt, et putrefactis in magnis doloribus expirauit. Oportet enim bene sapientes in legibus proprijs circa pietatem integre permanere, et aliorum minimè carpere. Iste uero suas quidem leges effugit, de nostris uero mentitus est. Hie itaque terminus uitæ fuit Apionis. Sed et noster hic iam finem liber accipiet. Quoniam uero et Apollonius Molon, et Lysimachus, et alij quidam, tam per ignorantiam quam per insaniæ de legislatore nostro Mose, et legibus uerba protulere, nec iusta nec uera: dum illi quidem uelut mago atq; fallaci derogat, leges autem malitiæ apud nos nulliusq; uirtutis affirmat esse doctrices, uolo breuiter et de omni concursatione nostra, et de particulari (sicuti potero) proferre sermonem,

Sermonem. Reor enim fore manifestum, quia et ad pietatem
et ad coniuctum unicuralemq; humanitatem, insuper ad iu-
stitiam laborumq; tolerantiam, et ad contemptum mortis
optimas leges positas habeamus. Rogo tamen lecturos, ut non
cum inuidia exequantur huius operis lectione. Non enim pro-
posui laudes conscribere nostrorum: sed aduersus eos, qui nos
plurimum et fallaciter accusarunt, satisfactionem hanc puto
esse iustissimam. Proinde accusationem Apollonius non conti-
nue, sicut Apion, instituit, sed dispergit. Quippe qui aliquan-
do quidem nos sine Deo et hominibus odiosis appellat, ali-
quando uero formidinem nobis improperebat: et e diuerso, rur-
sus aliquando de audacia gentis nostrae queritur. Dicit autem
etiam stultiores Barbaris: et propterea nullum inuentum nos
solos uite utile comperisse. Hec autem omnia manifeste redar-
guuntur, dum uniuersa cōtrā quam ab eo sunt dicta monstran-
tur, et legibus imperata, et à nobis cum omni integritate ge-
sta. Si uero coactus fuero facere mentionem legum contraria-
rum apud alios constitutarum, in culpa illi sunt, qui nostras so-
lennitates tanquam peiores cum aliorū conseruit. Quibus neu-
trum puto remanere quod dicent: neque quia non eas habe-
mus leges, quarum ego capita et summas ad redargendum
positurus sum: neque quia non præcipue in legibus proprijs
perduramus. Paulo ergo altius exorsus, uolo primum dicere,
quod eis qui sine lege et ordine uiuunt, hi qui ordinis et cōmu-
nium legum amatores extiterunt, et primi hoc inchoauerunt,
recte mansuetudine atque uirtute præstare dicendi sunt. De-
nique conantur singuli eorum gesta sua ad antiquitatem referre,
ut non imitatores aliorum uideantur existere, sed ipsi potius
alijs legitime uiuendi duces fuisse. His igitur hunc in modum se
habentibus, uirtus legislatoris est meliora cōsiderare: et his qui
usuri sunt legibus, quas posuerit, satisfacere, quia recte sunt.

Populi uero est, ut in omnibus que constituta sunt, perduret: et neq; felicitate procedente, neq; calamitatibus aliquid horum immutet. Dico igitur nostrum legislatorem, quoslibet qui memorantur legislatores antiquitate praecedere. Lycurgus enim et Solon, et Zaleucus Locrensis, et omnes qui apud Graecos mirabiles sunt, nouelli atq; recentes, quantum ad illum comparati, esse noscuntur: quando nec ipsum nomen legis fuisse olim apud Grecos agnoscitur. Testis Homerus est, qui nusquam in opere suo hoc usus est nomine. Non enim secundum legem, sed indefinitis sententijs, et regum praeceptionibus, populus regebatur. Vnde etiam multo tempore permandere, tantum moribus utentes, et non scripto, et multa horum semper secundum euentum casuum permittentes. Noster uero legislator antiquus existens (hoc etenim undiq; manifestum est, etiam apud eos clarum, qui semper contra nos loquuntur) et semel ipsum precepit optimum principem populorum consulemque, et instructionem totius legis uitae constringens, eis suasit hanc libenter excipere, et firmissime inclita scientia custodire. Primus autem eius magnitudinis opera uideamus. ille namque progenitorum nostrorum relinquentium Aegyptum, et ad terram propriam remeantium, multa millia sumes, ex plurimis et impossibilibus rebus cautissime liberavit: nam et in aquosam eos, et multum arenosam oportebat transire viam, bellaque deuincere: et filios ac uxores, praedamque bello seruare: in quibus dux egregius et consiliarius sapientissimus, et tutor ueracissimus fuit uniuersoru. Omnem siquidem multitudinem a semel ipso pendere fecit, et cum omnia que uellet persuadere posset, in nullo horum vindicauit sibi met potestatem: sed in quo maxime tempore potestatem sibi met arrogant et tyrannidem praesules rerum, et populum frequenter plurima iniquitate uiuere consueciunt, in hac ille potentia constitutus, e diuerso magis

magis iudicauit agēdum pie, & plurimam exhibere alijs aequitatem, ipse uirtutem præcipuam se credens cunctis ostendere, et salutem firmissimam præbere sequacibus bona uoluntate. Et maximis actibus in singulis casibus usus est. Quapropter recte iudicabat, ducem atque consultorem se Deum habere: & primus sibi met satisfaciens, quia secundum illius uoluntatem universa gereret atque tractaret, credit modis omnibus oportere, ut etiam apud plebem hæc opinio permaneret. Nam qui Deum respicere suam uitam credunt, delinquere non præsumunt. Huiusmodi quidem noster legislator fuit, non magus, nō fallax, sicut derogatores iniuste pronuntiant: sed quales apud Gracos gloriantur fuisse Minoen & post eum legislatores alios. Nanque quidam eorum leges positas à loue dicebant, alij uero eas in Apollinem & uaticinium Delphicum referabant, siue pro ueritate hoc credentes, seu facile persuadendum iudicantes populo. Qui uero præcipuas leges instituerint, uel qui iustissime de Dei fide cognouerint, licet hoc ex ipsis legibus facta comparatione conspicere. Iam enim de ipsis tempus est disputandi. Igitur infinite quidem particulatum gentium atque legum apud cunctos homines differentia sunt. Alij siquidem monarchis, alij uero populo potestatem Reipub. commisere. Noster uero legislator nihil horum intendens, ueluti si quis hoc dicendo mensuram transcendat uerbi, diuinam Rempub. declarauit: Deo principaliter conuersatione nostram atque potestatem excellenter assignans, & satisfaciens eum cunctos inspicere, tanquam causam bonorum omnium uniuersis hominibus existentem: ex quæcunq; contingit eos in angustijs supplicasse, illius non latuisse uoluntatem, neq; quicquam eorum quæ gessere, uel si quid aliquis apud semetipsum potuit cogitare. Vnum uero eum esse monstrauit, & ingenium, immutabilem per tempus, & eternum, & omni specie mor-

trem, et filiam, quos ex eius capite fingunt generatam, diligentes cum appenderent, sicut ipse ille suum dicitur patrem. Hec insita accusatione digna conqueruntur, qui sapientie uirtute precculant. Hi super haec deridentes adiiciunt: Si Deorum alios quidem ephebos et adolescentes, alios autem seniores et barbatos esse credendum est, alios constitutos super artes, et quandam fabrum, aliam uero textricem, alium uero peregrinantem, et cum hominibus contendenter, alios autem citharizantes aut arcu gaudentes: deinde inter alterutros seditiones effectus, et propter homines contentiones constitutas, ut non solum inter se alij alij manus immitterent, sed etiam ab hominibus vulnerati lugerent, malaq; perferrent: et quod super omnia est luxuriosius, si intemperantia permixtionis uententur, quomodo non erit incongruum amores et concupiscentias ad uniuersos attinere simul masculos et ad foeminas. Deinde fortissimus et primus eorum pater, seductus a semet-ipso, impregnataq; mulieres, diruptas submersaq; spernit: et eos qui ex eo sunt nati neque liberare potest, fato consti-ctus, neque sine lachrymis eorum perferre mortes. Bona sunt haec, et his alia consequentia, id est, adulteria in celo uisa, et sic impudenter a diis celebrata, ut iam alij inuidere se profite-rentur in tali foediitate iuncto. Quid enim alij facturi non essent, dum neque senior atq; rex ualuisse impetum suum a mulierum permixtione retinere? Alij uero seruientes hominibus, et nunc quidem edificates causa mercedis, nunc uero pascentes: alij au-tem malignoru modo infero carcere colligati. Quem igitur sa-pientium talia non accendant, ut haec componentes redarguat, et multam stultitiam his credentium reprehedat? Alij uero et terrorem quedam uel metum, necnon et rabiem, atq; seductio-nem, omnesq; pessimas passiones in Dei natura fingere presum-psere. Et horum quidem nobilioribus etiam ciuitates sacrificare suascere

rum escarum sub potestate uoluntatis utentium dereliquit. Sed
 & de cibis quibus conuenit abstineri, & qui sumendi sunt, uel
 que dieta communis esse videatur, neconon & de operibus, la-
 bore simul & requie, terminum atque regulam posuit legem:
 quatenus ueluti sub patre atque domino uiuentes, neque uolen-
 tes quicquam neque per ignorantiam delinquamus. Non enim
 ignorantibus poenam posuit, sed optimam & necessariam cor-
 reptionem monstrauit legem. Quapropter non semel audire,
 nec secundo uel saepius: sed in unaquaque septimana, alia ope-
 ra relinquentes, ad legis auditionem congregari precepit uni-
 uersos, eamq; perfecte condiscere, quod scilicet omnes legislato-
 res reliquise noscuntur. Et in tantum plurimi hominum absunt,
 ut secundum proprias leges uiuant, ut penè eas ignorent. Et
 cum peccauerint, tunc agnoscunt ab alijs, quam legem proban-
 tur esse praeuaricati. Sed etiam uiri maxima cum gloria &
 principalia gubernantes, profitentur ignorationem. Doctos
 nanque sibi faciunt assidere ad dispensationem rerum, & peri-
 tiam legum habentes. Nostrorum uero quemlibet si quis leges
 interroget, facilius quam nomine suum recitat. Vniuersas quidem
 mox à primo sensu eas discentes, in animo uelut inscriptas ha-
 bemus. Et rarius quidem quilibet transgreditur: impossibile au-
 tem est supplicium deuicere peccatum. Hoc itaq; primū omnium
 mirabilem consonantiam nobis instituit. Nam unam quidem ha-
 bere ex eandē de Deo sectam, uita uero ac moribus differre ni-
 hil ab iniucem, optimam moribus hominum potest celebrare
 concordiam. Apud nos etenim solos, neque de Deo quilibet ser-
 mones audit alterutris aduersarios, sicut multa similia apud
 alios fieri comprobantur: cum non solum à uulgaribus quod ui-
 sum fuerit unicuiq; profertur, sed etiam apud quosdam philoso-
 phorum hoc crebro præsumitur: quando ali⁹ quidem totam Dei
 naturā sermonibus perire tentauere, ali⁹ uero eius prouiden-

tiam ab hominibus abstulerere: neque in studijs uitæ differentia
ulla conficitur, sed communia quidem opera omnium apud
nos existunt: unus uero de Deo sermo concors est, afferens il-
lum cuncta respicere. Sed etiam de ipsis uitæ studijs, ex quo
niam oportet omnia alia ad terminum diuinæ pietatis adduci, à
mulieribus nostris ex seruis quilibet audient. Pro quare illa-
tas nobis calunias à quibusdam, cur non exhibeamus viros in-
uentores nouorum operum seu uerborum, contigit oriri. Alij
siquidem in nulla re paterna perdurare optimum esse putant.
ex principiis transgressoribus sapientie robur assignant. Noi
autem è diuerso, unam esse prudentiam atque uirtutem existima-
mus, nihil penitus uel facere uel cogitare contrarium his, que
antiquitus sancta noscuntur: quod scilicet indicium legis est
optimo fœdere constitutæ. Nam ea quæ nunc non habent mo-
dum, experimento sepe correpta redarguuntur. Apud nos autem,
qui credimus ab initio positam legem diuina uoluntate, ni-
hil aliud pius est, quam hanc sub integritate reseruare. Quis
etenim eius quicquam mouere potest, aut quid melius adiuue-
nit? uel quis ab alijs tanquam præcellentius ad statum Republicæ
nostræ aliquid transferre potest? aut quæ poterit esse melior
atque iustior, quam ea quæ Deum quidem principem omnium
esse confirmat: sacerdotibus autem in communi quidem res præ-
cipuas dispensare permittit: summo uero pontifici aliorum sa-
cerdotum principatum competenter iniungit: Quos utique
non diuitijs, neque alijs quibusdam spontaneis auuditatibus præ-
cellentes, legislator ad culmen huius honoris instituit: Sed qui-
cunque sapientia uel temperantia alijs præstare noscuntur, eis
principiis culturam diuinæ placationis iniunxit. Apud hos igitur,
ex legis, ex aliorum studiorum integra diligentia custo-
ditur. Contemplatores etenim omnium, atque iudices contem-
ptionū, ex puntores culpabilium sacerdotum esse decreti sunt.

Quis

Quis ergo principatus, quod regnum erit hoc sanctum, uel qui honor Deo potius cooptabitur, cum omnis quidem populus sit præparatus ad pietatem, summa uero diligētia sacerdotibus sit indicta, et uelut quedam festivitas gubernetur uniuersa respu. Cum enim mysteria sua numero paucorum dierum alienigenae custodire nequeant, ea uidelicet sacrificia nominantes, nos cum multa delectatione, et incommutabili uoluntate solennitatis opus per omne seruamus euum. Quæ igitur sunt precepta uel interdicta simplicia, siue uota dicamus. Primum quidem de Deo est, dicens: Deus habet omnia, perfectus, beatissimus, ipse sibi cunctisq; sufficiens, principium et medium et terminus: inter omnia operibus quidem et muneribus clarus, et omni re manifestior: forma uero et magnitudine nobis inenarrabilis. Omnis namque materies comparata ad huius imaginem, licet sit pretiosa, tamen pro nullo est: cunctaq; ars ad illius imitationis inuentum, extra artem esse cognoscatur: nihil simile neque uidemus neque possumus suspicari, neque coniugere. Sanctus est: uidemus eius opera, lumen, cœlum, terram, solem, lunam, flumina, mare, animalium rationes, prouentus fructuum: hec Deus fecit, non manibus neque laboribus, neque quibusdam indiguit sibi cooperantibus: sed ipso uidente bona repente facta sunt. Hunc homines conuenit uniuersos sequi, eumq; placare exercitatione uirtutis. Modus enim diuinæ placationis iste sanctissimus est. Vnum templum unius Dei, commune omnium communis Dei cunctorum. Gratum namque semper est omne quod simile est. Hunc placant quidem sacerdotes semper. Præcedit uero istos primus secundum genus: qui ante alios sacerdotes sacrificabit Deo, custodiet leges, de dubijs iudicabit, et puniet legie conuictos. Huic quisquis non obedit, suppicio subiacebit, tanquam qui in ipsum Deum impic gesserit. Hostias immolat, non ad crapulam nostram uel ebrietatem attinentes. Hec enim non

placent Deo : quæ res occasio potius iniuriarum simul et cō-
pensarum est. Deus enim temperatos, ordinatosq; et boni ge-
neris diligit: et ut præcipue sacrificantes caste uiuamus. In sa-
crificijs autem pro communi salute primum oportet orare, de-
inde singulos pro semeipsis, quoniam omnes socij sumus. Et
qui hoc cōsortium suæ uitæ præponit, maximè Deo gratus est.
Supplicatio uero fit ad Deum uotis ac precibus, non ut bona
prefret: hæc enim ipse sponte contulit uniuersis, et in medio
depositus: sed ut hæc suscipere ualeamus, suscipientesq; serue-
mus. Purificationes quoque in sacrificijs lex decreuit, à cubili, à
lecto, à congressu uxorio, et alia multa, quæ conscribere lon-
gissimum est. Huiusmodi ergo de Deo, et eius placatione ser-
mo est, ipse autem simul etiam lex est. Quid autem de nuptijs?
Solam nouit lex permixtionem naturalem cum coniuge, si tæ-
men filiorum causa procreandorum agatur. Masculorum uero
cujus masculis ualde iudicauit inimicas: et tentantes talia mor-
te decreuit dignos. Nubere uero iubet, non respicientes ad do-
tem, neque uolenter arripere, sed neq; dolo uel fallacia suade-
re. Dispensationem uero potius fieri per eum, cuius noscitur es-
se potestatis, et per cogitationem opportunam. Mulier autem
inferior, inquit, est viro per omnia. Obedit igitur non ad iniu-
riam, sed ut sit sub regimine constituta. Deus enim viro potesta-
tem dedit. Cum hac ergo coire decet maritum solummodo. Al-
terius uero experientiam habere nequissimum. Si quis autem hoc
egerit, declinatio nulla mortis: neq; si fecerit uim uirginí alteri
desponsatæ: neque si suaserit nuptiæ, aut filios nutrienti. que
omnia lex præcepit. uniuersis autem mulieribus interdixit, uel
celare quod natu est, uel alia machinatione corrumpere filios.
Infanticida enim esset animas demoliens, et genus immunuens.
Igitur si quis ad concubitum, corruptionemq; transierit, im-
mundus est. Oportet autem etiam post legalem commixtionem
uiri,

uiri, mulieres lauari. Hoc enim partem animæ polluere iudicauit: inflata nanque corporibus uulneratur. Dumq; hoc sit, aquam propter purificationis causam talibus imperauit. Sed neque in filiorum natuitatibus concepsit epulationes aggregari, et fieri occasiones ebrietatis: sed temperatum esse repente principium, iussiūq; literis crudiri propter leges, et nosse progenitorum actiones, ut actus imitentur: et cum legibus educati, neq; transgrediantur, neq; cogitationem ignorationis habere iudicentur. Profexit autem etiam funeribus mortuorum, ut neq; sumptuose ad sepeliendum celebrentur exequie, neque insignium fabrica sepulchrorum, sed necessaria quidem circa elationem funeris imperauit domesticos adimplere: omnibus autem uiuentibus legitimum esse constituit, ut aliquo moriente et concurrant, et gemitus lamentationis effundant. Purificari autem iubet etiam domesticos funere celebrato: ut longe procul sint, quasi uideantur mundi esse. Cum autem aliquis fecerit homicidium uel sponte uel inuitus, ne horum quidem poenam tacuit. Parentum honorem post Deum esse constituit: et qui non repensat eorum gratie, sed in qualibet parte contristat, præcepit esse lapidandum. Iubet etiam omnibus senioribus honorem iuuenes exhibere, quoniam cunctis senior Deus est. Nihil permittit celandum apud amicos: non enim amicitiae sunt apud eum, cui omnia non creduntur. Et licet aliquæ inimicitiae proueniant, prodi tamen arcana prohibuit. Si quis autem arbiter munus acceperit, morte multatur, despiciens quod iustum est, et auxilium reis offerens. Quod quisquam non posuit, non auferat, et aliena non tangat. mutuans non accipiat usuras. Hæc, et his multa similia, communionem continent nostrorum inter alterutros. Quomodo autem etiā de domestica cura circa alienigenas habenda docuerit legislator, referri dignum est. uidebitur enim omnibus optime profexisse cum,

cum illo ita sentiente, neq; propria corrumpamus, neq; partici-
cipari rebus nostris uolentibus inuideamus. Quicunq; enim uo-
luntate sub nostra conuersari lege, accedentes ad eam cum ma-
nifestatio suscipit, non genere solummodo, sed etiam uolunta-
te nite potans esse consortium. Eos autem qui obiter adueniūt,
misericordia solennitatibus noluit, alia tamen exhibenda constituit.
